

**CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.**

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

OPERA

**EJUSDEM NIEBUHRII, IMM. BEKKERI, L. SCHOPENI,
G. ET L. DINDORFIORUM ALIORUMQUE PHILOLOGORUM
PARATA.**

PARS XIX.

NICEPHORUS GREGORAS.

VOLUMEN I.

**BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXIX.**

Y42.8
Corpus
Gregoras
v. 1

**NICEPHORI GREGORAE
BYZANTINA HISTORIA**

GRAECE ET LATINE

**CUM ANNOTATIONIBUS HIER. WOLFFII, CAR. DUCANGII,
IO. BOIVINI ET CL. CAPPERONNERII.**

C U R A

LUDOVICI SCHOPENI.

V O L U M E N I.

**BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
M D C C C X X I X.**

PRAEMONITUM.

Nicephori Gregorae Historiam Byzantinam, sive, ut ipse more graeco dicit, Romanam, primus in lucem protulit Hieronymus Wolfius Basileae anno 1562., graece et latine, nonnullis annotationibus de critico potissimum genere additis. Quae editio cum ex codicibus ducta esset perquam mendosis et qui undecim tantum libros priores, id est, paullo minus quam quartam totius operis partem complecterentur, accidit opportune, ut Ioannes Boivinus initio saeculi proximi, magno Ducangio auctore, huius scriptoris denuo vulgandi atque ad integritatem propius adducendi curam susciperet. Erat autem Io. Boivinus vir praestanti doctrina, et egregia librorum, maxime Parisinorum, copia instructus: quorum ope non solum ea, quae Wolfius mutila et lacunosa habet, quae sane innumera sunt, feliciter supplevit et alia haud pauca librorum vitia sustulit, verum etiam altero tanto maiore librorum numero Nicephori opus locupletavit. Prodiit eius editio Parisiis e typographia regia anno 1702., tomis duobus, quorum prior libros undecim a Wolfio vulgatos continet, alter ineditos tredecim, quos ipse e MSS. eruit. Idem pollicitus est, se quatuordecim reliquos libros una cum Variorum opusculis, quae ad historiam eam illustrandam facerent, duobus aliis tomis comprehensos, editurum. Sed promissum non ap-

paruit, neque eius cura ultra librum vicesimum quartum processit. Illa postrema operis pars etiamnum inedita in bibliotheca Vaticana, partim etiam in Parisina, latet; unde ut in lucem eruditorumque usum aliquando prodeat, idque potissimum opera ill. Hasii, qui eius rei spem fecit, harum litterarum causa vehementer optamus. Nunc id operam dedimus, ut Nicephori historia, quatenus in editione Parisina extaret, in hoc Byzantinorum Scriptorum Corpore ad eiusdem editionis fidem exhiberetur atque adeo, novae recognitionis cura suscepta, correctior aliquot partibus et emendatior prodiret. In quo genere multum mihi profuit insignis variarum lectionum copia, quam Boivinus cum aliis e codicibus, tum praecipue e Parisino 2558, eximiae bonitatis libro, curiose congestam in marginibus editionis suae posuit. Adhibui praeterea lectionum varietates, quas e codice Vaticano idem amicorum opera describendas curaverat, sed cum serius, quam oportebat, Roma allatae essent, ad calcem tomi secundi inter Annotationes rejecerat. Hinc eas in sedes suas revocavi et si quae Wolfianis lectionibus meliores visae essent, in ipsum verborum ordinem admisi. Quod ubi faciendum putavi, vetus lectio prima Wolfiani nominis littera diligenter indicata est. Ceterum quidquid marginibus editionis Parisinae adscriptum legitur, quod rem criticam non attingat, id genus notarum omne Annotationibus ipsis inseram, quae extremo operi subiungentur.

Scribebam Bonnae, mense Augusto a. 1828.

IO. BOIVINI DEDICATIO.

L U D O V I C O

M A G N O.

Res gerere et leges dare populis Regium est. At non caetera omnia, tametsi minus illustria sunt, sic Principes magnos dedecent, ut Artium quoque et Scientiarum curam negligere, litterasque et libros aspernari debeant. Hoc certe apud omnes constat, Historiarum lectionem utilem admodum et frugiferam esse imperantibus. Itaque, REX AUGUSTISSIME, qui huius generis libros oblatum Tibi veniunt, iis iusta ratio non deest, qua audaciam suam excusent; neque adeo mirum cuiquam esse debet, quod ego hos rerum Byzantarum Commentarios MAJESTATI TUAE ausim offerre. Enimvero me, id ut facerem, privatae etiam rationes, ac eae quidem graves, timidum ancipitemque perpulerunt. Eccui enim laboris mei fructum hunc et has velut studiorum primitias potius consecrassem quam Tibi, a quo id omne habui quod affero? Tu otium, Tu libros, Tu facultates suppeditasti. Regiis typis, Regiis sumptibus Tuis perfecta haec Editio. Opus ipsum magna sui parte ex Bibliotheca Tua prodit. Quod ad Historiam his libris comprehensam attinet, ea est eiusmodi, ut Francisci nominis non heredem modo ac vindicem, sed et quemcunque amatorem, vel primo narrationis exordio statim allecet. Initium quippe est, capta a nostris Constantinopolis: divisum gentilibus Tuis, Balduino Flandro et Ludovico Blesensi, nobilissimum Imperium: Comnenorum opes accisae; vires attritae ac dispersae.

Magna haec et praeclara. Sed ulterius deinde progressis non minora occurrant; Francorum ingens exercitus, sub CHRISTI signis militans: Asia subacta: res terra et mari a CAROLO, Divi LUDOVICI fratre, contra Michaëlem Palaeologum fortiter gestae: Catalanorum denique (nam et horum gloria ad nos pertinet) victoriae incredibiles de Turcis, de Byzantiis, de Aethiis. His, REX MAXIME, ornamentis insignem, et virtutis Francicae quibusdam quasi luminibus illustratam, *Nicephori Gregorae* Historiam benigne, ut spero, excepturus es. Habet vero Historicus ipse laudes proprias, quarum commendatione optimum Principem facile sibi conciliet; nobile apud nos *Philosophi* nomen: omnium fere doctrinarum professionem publicam: Imperatorum familiaritatem: supremam in Ecclesia Graeca dignitatis insignia repudiata: et (quo nihil apud Te, religionis verae defensorem, maius futurum est) labores pro recta Fidei doctrina ad extremum spiritum exhaustos. Sed quid ego haec Tecum, REX AUGUSTISSIME, alieno plane tempore? cum omnes cogitationes Tuas tot et tanta negotia sibi vindicant; cum cogendae undecunque legiones, classes armandae, munienda oppida; hostes non nostris solum, sed et sociorum finibus arcendi; cum denique et populorum salus, et Regum tutela, et totius paene orbis terrarum cura providentiam Tuam ad se revocant. Plura desino. At Tu, REX MAXIME, tum sapientibus consiliis, tum armis victricibus bella compone; ut, pace hostibus imperata, Tibi et Tuis longum vivas. Haec sunt vota publica. Hoc Religio, hoc alumnae Tuae, Artes et Scientiae; hoc novis quotidie per Te opibus florentes, Bibliotheca Regia et Luparaea typographia mecum vovent.

IO. BOIVINI
P R A E F A T I O.

Annus hic decimus quartus est, ex quo Carolus Ducangius, Vir de litteris praeclare meritus, mihi auctor fuit, ut Nicephori Gregorae libros sex historicos, qui in Bibliotheca Regia manuscripti extarent, Latine verterem; ut postquam absoluta esset editio Chronici Paschalis, cui ille manum extremam imponebat, ii sex libri, ad eos quos Wolfius vulgavisset adiuncti, Regiis typis mandarentur. Eram tum ego colligendis Libanii Epistolis intentus; et Latinas iam e Graecis feceram non paucas. Senis doctissimi consilio iuvenem me et novitium parere aequum fuit. Tametsi igitur amoenitatibus et elegantibus Libanianis mire delectabar, et ab iis aegre discedebam, tamen illi sum obsequutus; idque eo maxime, quod ad ipsius adhortationes accedebat voluntas illustrissimi Abbatis CAMILLI TELLERII, eximia indole praestantis et supra aetatem docti adolescentis, cui me et mea omnia studia voveram, Bibliothecae Regiae Praefecto, atque eo munere iam tum sese dignum probanti. Hic ut laborem impositum alacriore animo susciperem, etiam Patris, Viri summi, auctoritatem interposuit, non belli solum sed et scientiarum bonarumque artium curam demandatam a Rege tunc sustententis.

His auspiciis ad libros Gregorae interpretandos aggressus laeta et fausta omnia mihi spondebam: sed res ipsa opinionem meam multum fefellit. Etenim paucis post diebus obiit is, qui mihi novum iter ingresso praesire ac praelucere unus maxime omnium poterat, optimus et eruditissimus Ducangius. Hac Byzantinae historiae face extincta, viae non satis gnarus laborem ac diligentiam subsidio mihi comparavi; et eorum sex librorum,

quorum ille vix unum Latine versum proximus morti relegerat, interpretationem integram post obitum eius utcumque absolvi. Bello demum atroci per universam Europam saeviente interrupta pacis opera. Itaque et Gregorae nostri editio in aliud tempus dilata: cui deinde mora alia funestissima accidit, Marchionis ΤΑΛΛΕΡΙΗ ΛΥΒΟΥΣΗ mors repentina; quae praeclaras illas cogitationum mearum spes omnino ferè evertit.

Caeterum ex iis ipsis publicis privatisque calamitatibus fructum hunc cepi, quod mihi per decem annos ea quae scripsissem corrigere et accurare, ac praeterea alios Gregorae libros eruere e tenebris et ad illos quos primum habuissem addere vacavit. Variis nempe codicum manuscriptorum catalogis perlectis intellexi, editos fuisse a Nicephoro Gregora historiae Byzantinae libros multo plures, quam quot sive impressi sive manuscripti in pluteis Regiis extarent. Docuit me Labbeus, repositos latere in Bibliotheca Scorialensi libros eius auctoris historicos undetriginta: nec multo post in codicem Regium incidi, qui vigesimum octavum et vigesimum nonum historicos habebat, cum quatuor dogmaticis coniunctos. Didici ex Apparatu sacro Antonii Possevini et ex veteri catalogo Ms., asservari in Bibliotheca Vaticana historiam eiusdem Gregorae Ecclesiasticam, et Acta Concilii, seu (ut ibidem vocatur) ΑΗΣΤΡΙΚΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ; ac narrationem persecutionis in Orthodoxos motae a Palamitis. Demum R. P. D. Ioannes Mabillonius, qui nostra haec studia adiuvandi nullam occasionem praetermittit, communicavit mecum indicem accuratum librorum XXI. in uno codice Vaticano extantium; quorum primus esset δευτέρου βιβλίου λόγος ζ', id est, *Secundae Partis liber septimus*, seu totius historiae decimus octavus; ultimus vero inscriberetur, Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας λή', seu *Byzantinae Historiae liber xxxviii*.

Peropportune autem accidit, ut Romae per id tempus commoraretur vir humanitate singulari praeditus I. Vivantius, S. T. Doctor Parisiensis, idemque Socius Sorbonicus. Huius cura et officiosa R. P. D. Stephanotii sedulitate, sumptibus autem Ill. Abbatis CAMILLI TELLERII, libros novem ex codice Vaticano descriptos et Roma ad me allatos cum avide legissem, animadverti eam ipsam esse historiam Ecclesiasticam, cuius mentio facta esset a Possevino in Apparatu sacro. Hi novem libri, ad undecim

Wolfianos et ad illos sex, qui penes me erant, adiecti, librorum viginti sex numerum efficiebant. Post vigesimum sextum deerat adhuc nobis vigesimus septimus. Caeteros in Bibliotheca Regia habebamus, exceptis quinque ultimis. Tandem et hi quoque, una cum vigesimo septimo, integri ad nos pervenerunt, Friderici Rostgaardii nobilis Dani opera et sumptibus; qua quidem de re infra fusius.

Inter haec aequitate et moderatione victoris LUDOVICI MAGNI pax Europae restituta est. Solutus iam urgentibus difficultatum temporum curis Regni administer (nunc Franciae Cancellarius) LUDOVICUS PONCHARTRAEIUS ad ea, quae sibi commendata a Rege erant, pacis ornamenta amplificanda totum se animo et cogitatione convertit.

Luparaeae officinae typos Graecos, omnium qui unquam fuerunt elegantissimos, inutiles et otiosos vacare aegre ferebat IOANNES PAULUS BIGNONIUS, Abbas nobilissimus, Comes hodie Consistorianus: qui ipso belli tempore, cum avunculus PONCHARTRAEIUS infinitis negotiis distringeretur, Reip. litterariae et Academicarum iura sic tutatus fuerat, ut et suus litteris honos perpetuo tum constiterit, et viris Academicis praemia de more persoluta sint. Ei igitur, pacatis iam et tranquillis rebus, cura haec fuit non postrema, Graecos libros typorum Regionum luce illustrare. Unde et me, longo familiaritatis usu coniunctum, hortatus est, ut Nicephori Gregorae scripta, quae parata habere me saepe dixissem, Regii typographi praelis committerem quamprimum. Ego vero permittentibus, immo iubentibus iis, quorum summa est apud me auctoritas, oblatam occasionem statim arripui; et paucis post diebus Tomi primi editio coepta est. Qua in parte, quoniam Wolfius mihi praecivit, quid privatim ipse praestiterim exponam.

Inter codices manuscriptos Bibliothecae Regiae unus chartaceus, cui inscriptus est numerus 2558, praeter historiam omnem Pachymerianam, libros Gregorae historicos undecim complectitur, eos videlicet qui a Wolfio primum editi sunt. In eo codice, bonae alioqui notae et satis antiquo (nam scriptus est ante captam a Turcis Constantinopolin), hoc singulare est, quod quae in libris editis manca sunt et imperfecta, ea ibi integra reperiantur. Deerant autem in libris editis tria illa fragmen-

ta, quae Petavius a Frontone Ducaeo accepta primus vulgavit, et Nicephori patriarchae Breviario historico subiunxit. Deerant et alia non minora; quale est insigne illud de Athanasii patriarchae severitate, et de monachorum moribus emendatis; item quae pertinent ad eiusdem libri caput septimum, ad libri noni caput secundum, et ad libri undecimi caput item secundum. Denique in singulis fere paginis dictio aliqua aut etiam plures desiderabantur. Eos omnes defectus ex codice illo Regio supplevimus in hac editione. Maiora supplementa in marginibus indicata: minora cancellis *) inclusa; mendae praeterea, quae innumerae erant, ope eiusdem codicis sublatae.

Rursus in eo ipso codice hoc notatu dignissimum est, quod quae Gregoras libris quatuor postremis plurima inseruit, variis temporibus a se elucubrata, ea fere omnia ibidem desint; sic autem suis quaeque locis recisa fuerint, ut narrationis contextus nullo hiatu abruptus sit, sed omnibus partibus apte cohaerentibus integer et continuus procedat. Id Gregorae ipsius iudicio factum velim: neque a vero abhorret, eum primae editionis amore refrigerato suum opus recognovisse, ac ea quae ostentandi ingenii causa assuerat, monodias, orationes, aliaque id genus resecurasse. Vereor tamen, ne et gloriae paulo avidior eos pannos, in prima descriptione omissos, repetito deinde operi intertexerit. Haec ipsa certe, quae a codice Regio abesse dicimus, nihil ad historiam pertinent: immo historicam rerum seriem interrumpunt, et lectori ad maiora festinanti moram obiciunt. Tamen quia in illo, quo usus est Wolfius, codice manuscripto eum locum obtinebant quem in libris editis habent, non ausi sumus ea loco movere et alio relegare: sed eadem, et alia quaedam uncis inclusa, non comparere in codice Regio, lectorem admoneri satis esse putavimus.

Varias lectiones plerasque suppeditavit idem Bibliothecae Regiae codex; paucas vero is cuius numerus est 2078, parum ab editis diversus; nisi quod in librorum et capitum divisione discrepat: libros autem non plures continet quam quatuor, tametsi praefixus est index librorum sex. Monodiae duae, eae scilicet quae initium libri decimi constituunt, castigatae et aliquot lectionibus

*) [Minora quoque huius codicis supplementa, cancellis sublatis, indicantur in hac nova editione formula: *edd. A.*]

illustratae fuerunt ex codice Colbertino 4950; cuius nobis copiam fecit Vir quam doctus tam amabilis, Stephanus Baluzius. Habuimus praeterea lectiones nonnullas, ex Vaticano codice descriptas Friderici Rostgaardii studio et diligentia. Sed eas, quia sero allatae sunt, perfectis nempe et iam sub praelo multiplicatis iis paginis ad quas pertinebant, idcirco huius voluminis appendicibus annectendas reservavimus. Constat ex Bibliothecae Seguerianae catalogo, extare illic, inter codices manuscriptos Graecos, *Nicephori Syntaxin historiae Romanae*, cum Chronico Zonarae coniunctam. Eum codicem, in quo libros Nicephori Gregorae undecim priores titulus ipse contineri innuit, operae fuisset conferre cum impressis. Sed mihi ad eam Bibliothecam aditus nondum patuit.

Latinam interpretationem, cuius auctor esset Hieronymus Wolfius, magnum apud eruditos nomen, sinceram et intactam summa fide repraesentare initio decreveram: consilii deinde huius mutandi causae plures fuerunt. Gregoras multiuguae eruditionis et artis rhetoricae ostentator saepe aberrat a proposito, et ad ea quae parum aut nihil ad rem pertinent digreditur. In iis *παράλογος* mirum est quam sit verbosus. Ea Wolfius, rebus magis quam verbis intentus, breviora facere studuit. Itaque et luxuriantia compescuit, et quae omnino redundabant suppressit. Ego vero facturum me operae pretium putavi, si auctoris Graeci vestigiis inhaererem, atque eius verba lectoribus, si minus annumerarem, saltem religiose et fideliter appenderem; quae, ut opinor, optima est ratio interpretandi. In quibusdam etiam a vero sensu deflexisse mihi visus est interpres doctissimus; aut sententiam auctoris obscure et contorte expressisse. Nihil dico de minoribus vitiis, quibus nullum opus, quantumvis tersum et limatum, carere omnino potest: quae quidem vitia ut plerumque nos in lubricationibus nostris fallunt, ita in alienis vix unquam fugiunt. Equidem eos naevos, corpori alioquin egregio inspersos, ut eximerem sedulo operam dedi: nec me ea re iniuriam Wolfio fecisse arbitror, sed de eo bene meruisse aio et contendo. Nec enim quia illum identidem lapsum corrigo, idcirco me vel doctiorem statuo vel diligentioram; neque ei propterea

detrahere ausim

Haerentem capiti multa cum laude coronam.

In hunc modum tam Graeca quam Latina a nobis aucta et recognita fuerunt. Ad haec libri nova ratione divisi; quoniam in prioribus editionibus capita, temere et inconcinne prorsus digesta, etiam numeris carebant. Additae minores sectiones. Praefixa singulis capitibus argumenta, seu breviora, vulgatis accuratiora et ad sectionum numeros accommodata. Anni, menses, dies, siderum ortus et obitus, solis et lunae defectus, et varii temporum characteres subinde adnotati. Sententias, et crebra de moribus iudicia, item alia quaedam levioris momenti, ne oneri essent marginibus, omittere visum est. Notae breves, ubi opus fuit, adiectae: uberiori reiectae ad calcem Tomi secundi. Porro in his primas tenent doctissimi Ducangii Notae postumae; quas paulo post illius mortem meae fidei commendaverat optimi patris filius dignissimus Philippus Ducangius, Franciae Quaestor apud Pictavos. His partibus ac numeris editio haec Regia differt a vulgatis: quas ego ad hunc diem usque non plures vidi quam quatuor: sex tamen prodierunt, aut saltem quinque. Primam anno MDLIX. Graece et Latine in Germania prodiisse Fridericus Rostgaardus colligebat ex Wolfiana praefatione, seu potius epistola prosphonetica ad Antonium Fuggerum, illo ipso anno data. Hoc posito *), secunda fuerit ea quae Latine prodiit Basileae a. MDLXII. Tertia, quae Lat. Paris. a. MDLXVII. Quarta, quae Italice, interprete Lud. Dulci, accurante Augustino Ferentilli, Venet. a. MDLXIX. in 4. Quinta, quae Lat. Francofurti ad Moenum, a. MDLXXXVII. Sexta, quae Graece et Latine, Coloniae Allobrogum, a. MDCXV. Hankius Gregorae Historiam Coloniae Planicianae etiam a. C. MDCXVI. editam observat; Warthonus duas Francofurtenses numerat; primam a. MDLXVIII., secundam a. MDLXXXVII.

In Tomo secundo usi sumus duobus apographis, utroque ex veteribus exemplaribus Romae descripto.

Primum apographum, quod in Bibliotheca Regia extat numero 2079. docta et eleganti manu ante annos plus centum et quinquaginta exaratum fuit, ut patet ex ipsius librarii testimonio, qui peracto opere haec subscripsit. *Τέλος ἔλαβεν τοῦτο τὸ σύνταγμα τῆ ὀκτωκαιδεκάτῃ τοῦ ὀκτωβρίου, ἔτει χιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ τεσσαρακοστῷ τρίτῳ, σπουδῇ καὶ φιλοπονίᾳ Χριστοφόρου*

*) [Non erat ponendum; vid. Fabricii Bibl. Vol. VII. p. 652. Harl.]

τοῦ Ἀουέρου Γερμανοῦ μεταγεγραμμένον· δαφίλειά δὲ καὶ φλογεῖν πρὸς τὰ μαθήματα πόθῳ Γιωργίου τοῦ Ἀρμενικακοῦ, τοῦ Ρουθένων καὶ Βάβρων ἐπισκόπου, πρὸς Παῦλον τὸν τρίτον, τὰ τῆς ἱερουσῦνης οἰκονομοῦντα, παρὰ Κελτῶν βασιλῆως ἐν τῇ Πρώμῃ τῇ πᾶν πρὸςβέυσαντος. id est: *Absolutum est hoc opus Octobris die 18, anno MDXLIII. Christophori Aweri Germani opera ac diligentia transcriptum; munificentia autem et studio in litteras ardentissimo Georgii Armeniaci (D' Armagnac), Rutenorum et Vabrorum episcopi, a Gallorum Rege ad Summum Pontificem Paulum III. legati Romam missi. Ex hoc cod. libros Tomi istius secundi sex priores accurate descriptos (nam codicem ipsum quominus typographis committeremus religio nobis fuit), typis exprimendos curavimus.*

Alterum apographum, ante hos quinque annos Romae scriptum et a clarissimo viro I. Vivantio Lutetiam allatum, valde mendosum erat. Nimirum ut apud nos, ita etiam Romae magna est paucitas eorum calligraphorum, qui manum in Graecis exercitatem habeant; adeoque necesse est ad librarios rudes et imperitos recurrere, quotiescunque agitur de exscribendis eodicibus Graecis. Ex eo apographo prodeunt hodie in lucem libri septem, qui reliquam huius Tomi secundi partem explent; iique, ultimis tribus non totis exceptis, castigati ex Vaticano exemplari; cum quo lectiones dubias contulimus per viros eruditissimos, quos laboris huius per se ingrati taedium ac fastidium nostra et publicae utilitatis causa ferre non piguit. Itaque iis hoc loco, si facile paterentur, magnas gratias ageremus; praesertim Abbatibus illustrissimis, Laurentio Alexandro Zaccagnio, et R. P. D. Delmiro; qui Bibliothecae Vaticanae praefecti creditum sibi pretiosissimum thesaurum ea fide integrum et illibatam custodiunt, ut tamen magnum ex eo communicato fructum omnes eruditi percipiant, atque ex illa totius litterati orbis luce conspicua clarum sibi ac suis lumen accendant. Ex illo ipso Vaticano exemplari libros, ut iam dixi, quinque integros Fridericus Rostgaardus per hominem eruditum, popularem suum, transcriptos Bibliothecae Regiae dicavit, suumque illud votum praefixis elegantibus heroëlegis consignavit. Sed de iis libris alias opportunius. Pertinent enim ad tertium Tomum.

Variae lectiones nullae fere in huius partis marginibus anno-

tatae sunt; quoniam eorum librorum, quibus constat hic Tomus, unicum exemplar possedimus. Unicum dico: nam Vaticana exemplaria nec penes nos fuerunt, nec pro diversis reputanda sunt, cum nostra ex iis descripta sint. Quas autem ex iis lectiones a viris doctis suppeditatas habuimus, eas, ut veram et genuinam scripturam, non in margines, sed in mediam paginam et in ipsum (ut aiunt) contextum transtulimus; exceptis iis, quas ab amico carissimo Ludovico Tarnio nuper allatas ad calcem Tomi secundi in Notas retulimus.

Equidem hoc loco temperare mihi non possum, quin et mea et Nicephori Gregorae causa doleam; quod cum hic per nos posset non modo integer, sed etiam tersus et limatus, in publicum emitti, idem tamen pluribus fortasse maculis respersus ac deformis lucem demum aspiciat. Fieri enim haud potuit, ut non multa in apographo mendosissimo oculos meos fugerint, et incorrecta remanserint. Poterat autem hic scriptor longe castigatior dari a nobis, si quae in pluteis Vaticanis vetera extant exemplaria, ea penes nos fuissent. Sed nimirum uni non omnia data sunt. Quod autem facere ego non potui, id quondam fortasse, si tanti res esse videbitur, felicior alterius industria praestabit.

Ad Latinam interpretationem nostram quod attinet, scriptoris Graeci mentem si me ubique assequutum fuisse affirmem, arrogans sim: praesertim cum nec Wolfio ipsi, veterano et emerito interpreti, id contigerit. Possumus vero uterque hac ratione nos defendere, quod qui viam nullius gressu tritam ingrediatur, ei difficillimum sit non labi; praesertim si ea lubrica sit et confragosa et salebris plena, quales passim obiicit Nicephorus noster; qui quoties evagam libuit (libet autem nimis saepe) tum demum disertum se et elegantem credit, cum sententiam suam verborum ambagibus quam maxime perplexis involvere potuit.

Tomii primi singulis paginis, quoniam temporum ratio in ea historiae parte non satis certa esse videbatur, annum praescribere non potuimus. Itaque illic pro annis Imperia, seu regnantium Imperatorum nomina, posita sunt. In Tomo secundo, annos ipsos, quoniam de iis constabat, apposuimus; Imperatorum autem nomina omisimus. Quippe cum per annos decem perpetuos, quos continet hic Tomus, potestas Imperatoria penes duos Principes fuerit, Palaeologum et Cantacuzenum, inutile esse duxi-

mus repetere in singulis paginis id, quod semel monuisse satis foret. Libros in capita, capita in sectiones eadem methodo divisimus, qua in Tomo primo. In breviariis quoque et in notis eandem prorsus rationem sequenti sumus.

Disputationem cum Cabasila, libris tribus non totis comprehensam (nam ea a vigesimo secundo inchoato ad vigesimum quartum fere medium excurrit), quod ad historiam haud satis pertinere videretur, ad secundi voluminis calcem reicere animus primum fuit. Demum, ne continua librorum series abrumperetur, rectius facturum me existimavi, si suum ei ac proprium locum servarem. Una me res morabatur; quod eam disputationem nondum Latine vertissem, nec mihi otium superesset ad istud quoque pensum absolvendum. Inter haec commodam suam mihi operam obtulit M. Claudius Capperonmerius, Licentiatuſ Theologus Parisiensis. Huic ego, Graece et Latine doctissimo, facile equidem adductus sum, ut eas partes traderem; eo praesertim, quod quae ille interpretanda suscepturus foret, ea essent fere dogmatica, adeoque vix possent verbis propriis ac perspicuis a quoquam exprimi, nisi qui in rebus theologicis multum versatus et quotidiano scholarum usu subactus foret: id quod, si cui unquam, cumulativissimum certe isti contigit.

Tomum tertium constituent libri quatuordecim; historici quidem octo, dogmatici vero sex; de quibus nil necesse est praefari initio huius voluminis.

Tomus quartus, praeter poëma ingens Graecobarbarum de bello sacro, item de Constantinopolitanis, Peloponnesiacis et Neapolitanis Francorum expeditionibus, selecta variorum opuscula continebit; ea scilicet, quae Nicephori Gregorae historiam possunt illustrare. In iis erunt:

I. Narratio Nicetae Choniatae de statuſ Constantinopolitanis, quas Latini, capta Urbe contractas, in monetam conflaverunt. Cuius narrationis, ex codice Bodleiano descriptae, copia mihi a Viro clarissimo Ioanne Ernesto Grabio facta est.

II. Theodori Lascaris orationes duae. 1^a. Encomium patris eius, Ioannis Ducae Imp. 2^a. Laus urbis Nicaeae, ex cod. Reg.

III. Testamentum Arsenii patriarchae, editum a Cotelerio.

IV. Athanasii patriarchae ad senioreſ Andronicum episto-
Nicephorus Gregor. Vol. I. b

lae et relationes selectae, ex codice singulari, quem Bibliothecae Regiae cum aliis multis nuper donavit C. MAUR. TELLERIVS, archiepiscopus Dux Rhemensis.

V. Manuëlis Philae poëma historicum de Michaëlis Glabae rebus gestis, ex alio cod. Regio (olim Telleriano) descriptum.

VI. Tomus pseudosynodi Palamiticae, editus a Combesio.

VII. Excerpta ex scriptis Nicephori Blemmydae, Gregorii Cyprii, Theoduli Rhetoris, Nicephori Chumni, Barlaami, Acindyni, Palamae, Nicolai Cabasilae, Philothei patriarchae, Medici Taronitae, Cantacuzeni, Demetrii Cydonii, ipsius Gregorae, et aliorum, omnia paucissimis exceptis anecdota.

Ita quatuor tomis integrum opus constabit: quod brevi, ut spero, absolvetur, favente hisce studiis nostris Illustrissimo Comite, Cancellarii filio, HIERONYMO PONCHARTRAENIO. Nempe hic ad secretiora Regis consilia admissus, atque ipsius rei navalis administrationi praefectus, artium praeterea et Academiarum rebus ordinandis incumbit, successor idem et aemulus patris; quem litterarum ac litteratorum amore et exculcto liberalibus disciplinis ingenio sic refert, ut ei non tam in curas quam in laudem successisse videatur.

NICEPHORI GREGORAE

VITA. OPERA. ELOGIA.

Ad III. Abbatem CAMILLUM TELLERIUM, Bibliothecae Regiae
Praefectum, scripsit IO. BOIVINUS.

V I T A.

Gregorae vitam, accurate enarratam, non ita pridem vulgavit Martinus Hankius, vir doctus et in historiis Graecis Latinisque haud mediocriter versatus. Sed is libros Gregorae alios non viderat, nisi undecim priores, ab Hieronymo Wolfio editos. Ego, ut Tute scis **ABBAS NOBILISSIMA**, integros duodequadraginta habui; item alia quaedam eiusdem auctoris anecdota, ac in iis dialogum *de Sapientia*, qui et *Florentius* inscribitur. His omnibus, et aliis praeterea aequalium Gregorae scriptorum libris perlectis, plurima ad hunc diem paucis investigata didici; remque ab homine erudito, sed illis ipsis adiumentis destituto, iam (ut diximus) tractatam, de novo explicare institui. Caeterum si Hankii exemplo, alienorum operum pannis undique collatis, quendam veluti centonem texuissem, veritus sum, ne parvum per se argumentum in magnum sensim volumen excresceret. Malui itaque meis verbis, et continenti fere narratione, sigillatim quaeque et breviter commemorare: nimirum ut cuius historici libros, per varias Bibliothecas antea dispersos, tuis sumptibus tuaque, **ABBAS ILLUSTRIS**, auctoritate collegissemus, eius tu dicta et facta brevi per nos libello comprehensa haberes; et hinc quanta apud suos celebritate Gregoras noster floruiisset, facilius intelligeres; nec te navatae huic scriptori operae nostrae poeniteret. Non sum autem adeo iniquus, ut hac qualicumque grati animi significatone satis me tibi pro officio meo fecisse existimem: nec tuorum erga me meritorum magnitudinem sic ignoro, ut pares unquam beneficiis gratias relaturum me esse confidam.

Circiter annum Christi **MCCXCV**, imperante Andronico seniore, Nicephorus Gregoras natus est in Asia. Paphlagonem

eum facit patriarcha Philotheus in Antirrheticis ¹⁾). Ipse in *Dialogo de Sapientia* vocat se Heracleotam. Avunculum certe habuit Ioannem ²⁾ Heracleae metropolitanum, eius scilicet, quae Heraclea Ponti dicitur et sita est in finibus Paphlagoniae. De parentibus aliisque cognatis nihil memoriae proditum est.

In ea urbe educatus prima puerilis doctrinae rudimenta sub antistite avunculo posuit. Inde ³⁾ translatus Byzantium tradidit se in disciplinam patriarchae Ioannis Glyceos, qui apud illius aevi homines disertissimus et *Attici* sermonis peritissimus habebatur ⁴⁾). Eius autem pontificis consuetudine studiosus iuvenis ⁵⁾ tantopere delectabatur, ut diu noctuque ab illius ore penderet. Vicissim ipsi patriarchae sic discipuli stilus placebat, ut eum, longo morbo debilitatus ⁶⁾, testamentum sibi scribere et componere iusserit ⁷⁾.

Ut in rhetoricis patriarcham, ita in astronomicis magnum Logothetam magistrum excellentem habuit. Erat is Theodorus Metochites: qui quidem initio, sive Gregorae adolescentis ingenium nondum pernoverat, sive arcana scientiarum temere divulgari nefas putabat, parcius cum eo colloquebatur, nec rerum cognitionem integram ei communicabat. Deinde enixus precibus et ad persuadendum composita eiusdem oratione victus perfectè et cumulate ei omnia reconditae artis praecepta tradidit ⁸⁾. Quin et eum doctrinae heredem a se institutum praedicavit non semel ⁹⁾; idque in iis versibus, quos exul scripsit, apertius professus est. Tanti denique ipsum fecit, ut liberis suis paene exaequarit. Itaque monasterio Chorae magnis sumptibus instaurato, socium illic et adiutorem eum ad omnia fere habuit ¹⁰⁾: rerum ibidem pretiosissimarum procuracionem ei vivus commisit; moriens suam quodammodo vicem suamque in ea domo munus eidem administrandum legavit ¹¹⁾.

Contra Gregoras Metochitae liberos, filium nempe et filiam, erudiit, et obscurissima quaeque veterum auctorum scripta iis praelegit atque interpretatus est ¹²⁾. Metochitam ipsum omni semper officii genere coluit: imminenti calamitatis metu perculsum et affli-

- 1) Lib. XII. cod. reg. 1996. fol. 283. 2) Gregoras Hist. lib. IX. c. 7. 3) Anno Christi MCCCXVI. 4) Eo patriarcha, A. C. MCCCXVII, cum Andronicus Imperator Iustiniani statuam equestrem, venti impetu quassatam, fulciri et columnam ipsam suppositam resarciri curavisset, Gregoras per ligneos gradus, a fabris extrinsecus circumductos, facilem ascensum nactus statuam curiose contemplatus est, atque ex mensura quarundam partium totius Colossi magnitudinem aestimavit: ea scilicet opera rem antiquariis gratam facere se arbitratus. Vide Hist. lib. VII. c. 12. 5) Anos natus circiter 21. Vide lib. VII. c. 11. s. 1. 6) Testamenti scilicet exordium, quod extat Histor. lib. VII. 7) Anno Christi MCCCXX. 8) Lib. VIII. c. 7. 9) Lib. VIII. c. 5. 10) Lib. IX. c. 13. 11) Lib. XXII. c. 2. 12) Lib. VIII. c. 5.

ctum verbis confirmavit ¹⁾: mortuum funebri oratione publice deflevit ²⁾. Scitum est eius de illo dictum. Nempe ab Andronico seniore interrogatus, quo pacto Metochites, a tenuibus initiis profectus (nam ex Bryennio praeceptore perpauca didicerat), summus astronomus evasisset, *nihil mirum*, inquit Gregoras, *ex parva lampade magnam facem accendi*. Cantacuzenus laudatum ait ³⁾ ab Imperatore acumen respondentis, qui imagine obvia ac familiari naturam rei ob oculos posuisset.

Florebat aula Byzantina studiis bonarum artium, favente viris doctis Andronico Imperatore; sic ut eius domus non modo honestatis et omnis virtutis officina, sed et litterariae eruditionis gymnasium et dicendi certaminibus quoddam veluti curriculum apertum esse videretur ⁴⁾. Itaque eo tempore maximus fuit apud Graecos oratorum, philosophorum, aliorumque eruditorum proventus. Gregoras magni Logothetae consuetudine satius expedire sibi credidit, iam annos xxvii. nato, usum ad doctrinam adiungere et ex umbra in lucem prodire ⁵⁾. Quamobrem studiorum suorum fiducia fretus ad Imperatorem ipsum se contulit, ut se, si posset, in eius familiaritatem insinuaret. Peramanter et ultra quam speraverat benigne exceptus orationem apud eum habuit, duasque in ipso virtutes, sapientiam et eloquentiam, laudavit ⁶⁾. Tempore procedente ita benevolam eundem expertus est, ut aliqui indignarentur iuvenem, nulla dignitate, nullo sacerdotio comendatum, tanta apud Principem gratia valere. Andronicus, ut os obstrueret obrectatoribus, primos ecclesiae honores conferre ei iuveni statuit, et Chartophylacis dignitatem, velut pignus, statim obtulit: ac iam eidem, tanquam haud dubie accepturo, vestes et insignia dignitatis parabat. Gregoras, immaturam aetatem et studiorum suorum rationem causatus, gratiis actis, et laudato Imperatore, oblatum honorem repudiavit. Repudianti vis paene illata ⁷⁾.

Aliquanto post ⁸⁾ orta inter eruditos nobilis controversia. Conveniebant crebro in palatium viri sapientes et docti, atque illic certatim de rebus quibuslibet scitu dignis coram Andronico seniore disputabant. Cum igitur frequentes ibi aliquando adessent ⁹⁾, Andronicus, ut Nicephoro Gregorae, quem valde diligebat ¹⁰⁾, dicendi occasionem praeberet, mentionem iniecit de astronomia. Tum Gregoras, qui de Paschate ad Imperatorem referre cupiebat iam pridem, astronomiam ipsam primum coepit laudare: deinde usum eius etiam ad Paschatis correctionem perti-

1) Lib. viii. c. 5. 2) Lib. x. c. 2. 3) Cantac. Hist. lib. i. c. 11.

4) Lib. viii. c. 8. 5) Anno Christi mcccxxii. 6) Lib. viii.

c. 7. 7) Lib. viii. c. 9. 8) A. C. circiter mcccxiv. 9) Hist.

lib. viii. c. 13. 10) Quotopere Gregoram dilexerit, vel ex eo apparet, quod aegrotantem visitaverit. Extat hac de re in codice Vaticano *λόγος προσηφνητικός*.

nere dixit. Ita sensim et sine sensu producta in medium ea quam erat praemeditatus quaestione, suam de die paschali constituendo sententiam luculenter explicuit: investigandi aequinoctii verni, item plenilunii observandi rationem tradidit: ad dies cccxxv, qui annum solarem constituerent, integrum unius diei quadrantem non debere addi ostendit, sed deducendam inde partem diei brevissimam, non tamen trecentessimam ipsam prorsus, ut censuisset Ptolemaeus: alia denique multa in eam rem congressit, ex quibus id efficiebatur, ab anno mundi fere vi. mccc, qui fuit Christi dcccxcii, erratum esse in ponenda temporum ratione, atque in Paschatis die observando; eum vero errorem ita posse corrigi, si de dierum summa paulo plus biduo integro detraheretur, et Paschatis observatio proxime ante diem Martii vigesimum institueretur, quae a vigesimo secundo perperam institui solet. Imperator consilium de Paschate corrigendo probavit; rem ipsam aggredi noluit, quod negaret facile esse omnium nationum suffragia colligere, et receptum toto orbe usum abolere. Gregorae sententiam alii postea astronomi chronologiquae defenderunt, atque inprimis Isaac Argyrus. Saeculo demum decimo sexto, ea quaestione apud Latinos quoque agitata, Kalendarium ex auctoritate Gregorii XIII, eo fere modo, quem Gregoras designaverat, reformatum fuit.

Anno mcccxxvi. legatus ivit ad Cralem ¹⁾. Eius legationis causa haec fuit. Theodori Metochitae filia Irene, mortuo coniuge Ioanne Palaeologo, qui ex Panhypersebasto Caesar creatus novissime fuerat, apud Cralem generum morabatur, ac domum redire ad patrem recusabat. Itaque Metochites pater auctor fuit Imperatori, ut eam redire cogeret. De ea re missi ad Cralem legati, quorum unus fuit Gregoras, comes datus fratri ipsius Irenes. In ea legatione, quae sibi et sociis suis in itinere acciderint, errores, pericula, et alios casus fuse describit in Historia. Crales audita legatione socrum Irenen dimisit. Haec, ut viro iusta persolveret, Thessalonicam inde profecta est. Gregoras vero, acceptis ab ea mandatis, Byzantium rediit.

Biennio post ²⁾ iunior Andronicus Constantinopolin noctu per proditionem ingressus est. Seniori potestas omnis abrogata. Theodori Metochitae domus direpta: ipse Didymotichum relegatus ³⁾, unde post biennium revocatus domum rediit. Gregoras, qui easdem partes sequutus fuerat, bonis spoliatus, at non etiam in exilium missus ⁴⁾. Nimirum huic, quia otio et tranquillitati semper studuerat, nec publica negotia tractaverat, levior poena irrogata est. Fuit quoque ei is annus ⁵⁾ Ioannis Heracleae archie-

1) Hist. lib. viii. c. 14. 2) A. C. mcccxxviii. mense Maio. Lib. ix. c. 6. et 7. 3) Dialog. περί σοφίας cod. reg. 3234. fol. 247.

4) Ibidem. 5) Lib. ix. c. 7.

piscopi morte luctuosus, avunculi scilicet optime meriti, et sui post Deum, ut loquitur, *ab infantia usque curatoris*: cuius de ingenio, doctrina, et moribus obiter tantum et strictim agit in Historia, quia de eiusdem vita peculiarem librum ediderat. Anno, ut apparet, proxime insequuto mcccxxix, libelli prophetici ex Italia et ex Colchide Byzantium allati; quos Gregoras, amicis instantibus, partim refutavit, partim contempsit: refutavit autem per epistolam ¹⁾, quae extat Historiae lib. ix. cap. ii.

Ante iunioris Andronici principatum magna iam Nicephoro Gregorae erat discipulorum frequentia. Converso rerum statu, totum se moerori dedit; adeo ut docendi munere abiecto, et auditoribus valere iussis, silentium deinceps perpetuum agere decreverit. Ac fortasse in proposito constans permansisset, nisi eum inopina res brevi coegisset pristinam philosophandi consuetudinem repetere. Id ut acciderit, fuse ipse, sed mutatis nominibus ²⁾, narrat in eo dialogo, qui, ut iam dixi, *Florentius* seu *de Sapientia* inscribitur ³⁾. Totius narrationis summa haec est. Barlaamus ⁴⁾ Calaber ⁵⁾, cum ex Italia in Graeciam commigrasset, ut Aristotelis philosophiam, quam ab interpretibus Latinis non satis puram acceperat, e Graecis fontibus sinceram et incorruptam hauriret, in Aetolia primum coesedit. Ibi Latina veste exuta, habitum et morem Graecum induit, et Graece loqui didicit. Inde Thessalonicam se contulit; atque in ea urbe, in qua tum litterae florebant, diutius commoratus sermonis Graeci maiorem sibi usum comparavit. Hinc superbia elatus magni facere se ipsum, caeteros autem coepit despiciere. Tandem et Byzantium appulit. Quo cum advenisset, prima ei cura haec fuit, ut quam plurimos ad se discipulos undecunque congregaret ⁶⁾. Illustre erat apud lit-

- 1) ad Pepagomen. 2) Nomina sunt, *Nicagoras*, pro *Nicephoro Gregoras*; *Xenophanes*, pro *Barlaam*; *Metrodorus*, pro *Theodoro Metrochites* etc. 3) Extat in cod. reg. 3284. 4) De quo Cantacuzenus Hist. lib. ii. c. 39. 5) Natus Seminariae. Vide L. Allatium de Eccl. Occid. et Orient. perp. cons. 6) Ita Gregoras in dialogo. At longe aliter in libro Historiae xix. c. 1. sect. 4. ubi ait Barlaamum, cum e Calabria ad Romanos commigrasset, innotuisse Principibus et, quod doctrina praestaret, carissimum eis fuisse; praesertim Cantacuzeno, qui et eum ad immodicos honores evexisset, dato ei munere interpretandi doctrinam S. Dionysii, ac theologiae studiosos erudiendi. Cantacuzenus quoque, Hist. lib. ii. c. 39, *μοναχός τις, inquit, ὀρμώμενος ἐν Καλαβρίας, τοῖς Λατίνων ἤθεσι καὶ νόμοις ἐπικρατεῖς, ὄνομα Βαρλαάμ, ἄλλως δὲ νοῆσαι τὸ ὄξύς καὶ τὰ νοηθέντα ἐξηγήσασθαι ἱκανώτατος, καὶ τὰ Ἐνκλειδῶν καὶ Ἀριστοτέλους καὶ Πλάτωνος ἐμμελήσας, καὶ διαβόητος περὶ τὰυτα ὧν, ἐπὶ κακῷ τῇ Ῥωμαίων ἐπεδήμησε βασιλείᾳ. Τὸν paulo post, διὰ ταυτὰ τε οὖν καὶ τὴν ἄλλην σοφίαν, τῆς τε παρὰ βασιλείως ἀπέλεγεν εὐμενείας καὶ τιμῆς, καὶ παρὰ μέγαν Δομαστικὸν οὐδὲν ἦτρον ἤγακαστο, καὶ προσιῶς ἤξειούτο, καὶ οὐδὲν ἐνέδει αὐτῷ τοῦ μὴ ἐν τῷ προαίτιῳ εἶναι.*

teratos nomen Theodori Metochitae, nuper ab exilio revocati; nec minor Gregoram eruditionis fama commendabat. His Barlaamus obtrectando, se ipsum venditare et fucam imperitis facere instituit: ac nonnullos, morum similitudine conciliatos, ad se allexit; cum quibus diu spes vanas aluit. Demum, quia haud succedebat, et hominem ambitiosum Nicephori Gregorae fama urebat, ideo hunc, suadentibus nonnullis, aperte lacescere et ad dialecticam pugnam provocare ausus est. Gregoras propriis cladibus ac insuper amici Metochitae morbo gravissimo afflitus certamen initio detrectabat. Deinde amicis rogantibus, et ut suam suorumque popularium gloriam tueretur hortantibus, iubente etiam et minis urgente nescio quo ¹⁾ magnae auctoritatis viro, in arenam aegre descendit, de eruditionis palma cum Italo decertaturus. In ea disputatione adversarium, qui se omnia scire gloriatus fuerat, eo redegit, ut se astronomiae, grammaticae, rhetoricae et poëticae plane rudem esse fateretur: immo nec libros Aristotelis alios nosse, nisi qui de rebus physicis agerent, aut ad dialecticam pertinerent. Praeterea logicam et syllogismos, quibus Itali unice gauderent, non scientiam sed scientiae instrumentum, adeoque humilis ingenii ornamentum esse docuit. Aristotelem vero, quem Barlaamus per omnia sibi constare affirmaret, non semel ipsum secum pugnasse ostendit. Cedente Barlaamo, alter ²⁾ athleta surrexit et pro Aristotele propugnavit; sed frustra ipse quoque. Gregoras victor ³⁾ declaratus, Principum benevolentia eo merito collecta, in pristinum gratiae et honoris locum restitutus est. Barlaamus, maculam sibi inustam delere saepius conatus, postquam omnium Byzantium voluntates a se aversas et in Gregoram propensas animadvertit, recepit se ad Thessalonicenses.

Ita Gregoras ad primum vitae institutum, hoc est ad publicam docendi professionem rediit. Eo autem munere plurimos omnium gentium, ordinum, conditionum, homines obstrictos et quasi mancipatos habuit; ut et parentes et liberi, et totae civium familiae, maximas ei gratias haberent, velut patri et ad pulcherrima quaeque praeceunti studiorum moderatori. Unde et nomen sibi fecit, toto fere orbe notum ac celebratum, et per antonomasiam Philosophus ⁴⁾ vulgo dictus est, ut hodie in scholis Aristoteles. Neque vero imberbes solum adolescentes in eius do-

1) Gregoras in dialogo Demaratum eum vocat, ficto nomine. Fortasse is fuit Cantacuzenus. 2) In dialogo vocatur is Xenocrates, Nausiclis filius. 3) De ea victoria passim gloriatur in Historia lib. XI. c. 10. lib. XVIII. c. 7. lib. XIX. c. 1. s. 4. etc. 4) *Σοφὸν* et *φιλόσοφον* et *ἀστρονόμον* vocatum fuisse, testatur Philotheus in Antirrheticis, cod. reg. 1996. fol. 10. vers. passim vero ipse Philosophum vocat. Vide Hist. lib. XXV. cap. ult. et epistolam Lampeni Tarchnotae infra.

nam quotidie conveniebant, sed et consummatae doctrinae ¹⁾ philosophi, astronomi, rhetores, aliique aetatis protractae litterati; quos videlicet Gregorae eruditio omnigena et supellectili mathematica librariaque instructissimum ²⁾ museum undecumque excitos alliciebant.

Interea obiit ³⁾ senior Andronicus, utroque oculo captus, cucullatus, et ad summam redactus omnium rerum inopiam. Gregoras, qui illum coluerat Imperatorem, eidem privato, ac etiam monacho, assiduus consolator affuit, sic ut eum tertia aut quarta quaque die inviseret. Itaque eo ipso vespere, qui illius mortem antecessit, cum illo familiariter colloquutus est. Consueverat autem is eruditos et graves cum Gregora sermones habere, quadam urbanitate et gratia temperatos. Ultimus sermo ultra mediam noctem productus, ad primum usque galli cantum. Demum, iis qui aderant dimissis, senex subito morbo correptus, ante exitum noctis exspiravit. Gregoras altero luctus die, Cralaenae hortatu (erat haec mortui Principis filia, et funebrem pompam ducebat), monodiam ex tempore recitavit ⁴⁾. Triginta diebus ex eo elapsis, decessit ⁵⁾ et magnus Logotheta Metochites, non ita pridem ⁶⁾ ab exilio reversus, et monachum mutato habitu in Chorae monasterio novissime professus. Eius quoque mortem Gregoras, monodia publice recitata, lamentatus est; qua audita, magnus cognatorum luctus et miserabilis comploratio extitit. Extincto Andronico, iuniorem demereri et iisdem quibus antea avum officii iisdemque artibus conciliare sibi studuit: nec longo post apud eum, matris morte afflictum, orationem consolatoriam habuit ⁷⁾. Eundem, cum haberetur quaestio de coniuratis, acclamationibus et applausu delinivit, ac ne in Demetrium Despotam inquireretur, pro virili effecit.

Fuerat senior Andronicus ab ecclesia Romana alienissimus. Patrem Michaëlem, quod Latinorum dogma approbasset, vix humari passus fuerat: in caeteros *Λατινόφρονας* severe animadverterat. Itaque quamdiu vixit, de componendis ecclesiarum discordiis nemo agere ausus est. Post eius mortem res denuo tentata. Anno Christi MCCCXXXIII. ⁸⁾ antistites duo Latini, Franciscus ⁹⁾

1) Hist. lib. xxii. pag. 661. C. D. 2) Vide libellum, κατὰ τῶν τοῦ Γρηγοῦ ἀληθειῶν, ubi Gregoras ridetur, eo quod ἐν γλαύσῳ μὲν οὐδὲν φέρει τῆς ἐπιστήμης· σφαιρῶν δὲ ἐμπλήσει τὴν οἰκίαν, καὶ πάντα βιβλίον γίμει καὶ διαγραμμάτων, καὶ σκιμποδᾶς καὶ τοὺς ὀρόφους μεσοῦς ἐπιδείκνυσσι σοφίας. Cod. reg. 2965. 3) A. C. MCCCXXXII. mense Februar. Hist. lib. ix. c. ult. et lib. x. c. 1. 4) Hist. lib. x. c. 1. 5) Martii die 15. 6) Biennio ante. Nam in dialogo περὶ σοφίας dicitur ἐπὶ δυοῖν ἔξοστραμῶσθηναι τοῖν ἐνιαυτοῖν· ἔπειτα ἐπανελευθῆν οἰκίαν, καὶ μικρὸν ἐπιβιούς τελευτῆσαι. 7) A. C. MCCCXXXIII. 8) exeunte. 9) De Camerino.

et Ricardus, hic episcopus Chersonensis ¹⁾, ille Bospori ²⁾ archiepiscopus, a Papa Ioanne XXII. legati Byzantium venerunt, de rebus controversis disceptaturi. Ioannes Calecas patriarcha, qui nec ipse linguam dicendi usu exercitatum habebat, et suos episcopos maximam partem indoctissimos esse cernebat, Nicephorum Gregoram, laicum quidem, sed eruditum et inprimis disertum, illico advocavit, et ad ineundum cum Latinis certamen hortatus est. Hic initio silentium suadebat: mox futuras inde suspiciones et iniqua hominum iudicia reveritus amplius deliberandum censuit, ac super eo negotio habita coram selectis episcopis apud patriarcham longa oratione, sententiam suam hanc esse declaravit: primo non cuivis permittendum disputare cum Italis: deinde scopum aliquem disputationi proponendum: tum constituendum esse iudicem; id vero munus ad Graecos pertinere: fidei controversias omnibus ecclesiae praesulibus convocatis oportere definiri: syllogismum, qua argumentandi ratione plurimum Itali ³⁾ valerent, ubi de Deo disputaretur, locum minime habere: ne ipsa quidem Patrum testimonia accipienda, nisi quae perspicua essent: denique disputationem omnem hodie supervacaneam; eas quaestiones iam pridem agitatas: definita ab antiquis doctoribus non esse in dubium revocanda, nec licere in rebus divinis temere ratiocinari. Haec et alia, eodem fere spectantia, cum dixisset, visus est eruditiorum episcoporum opinioni congruentia dixisse, cum aliorum, tum maxime Dyrrhachini. Horum auctoritatem caeteri, qui eloquentia minus valebant, omni contentionis studio abiecto, sequuti sunt. Ita Graeci oblatum a Latinis certamen declinarunt ⁴⁾. Tamen Barlaamus pro Graecorum dogmate multa tum scripsit ⁵⁾ adversus Romani pontificis le-

- 1) Vulgo Cersonensis. 2) Vulgo Vosprensis. Vide epistolam Ioannis XXII. ad hunc archiepiscopum, datam Avenione A. C. 1333. vi. Non. Iul. Vide et Odoricum Raynaldum ad ann. 1333. num. 17. 18. 19. item ad annum 1334. num. 4. 5. 3) Graeci Latinos theologos passim notant et vellicant, ut syllogismi nimium studiosos. Cantacuzenus in Antirrhethico contra Prochorum Cydonium (cod. reg. 1999. pag. 41.) *εἰ δ' οὐκ ἀντάρχη ταῦτα, καίτοι πολλά γε ὄντα καὶ μέγιστα, καὶ τοῦ παρὰ Λατίνους διδασκάλου Θωμᾶ, συλλογισμὸν μᾶλλον ἢ ἀέρα πνέοντος, τὴν μαρτυρίαν σοι παρεξέμεθα· πρὸς ἣν οὐκ αἶν εἰς δικαίως ἀντιβαίνειν, τοῖς αὐτοῦ συγγράμμασιν ἐπιχαίρων, καὶ ταῦτα καθάπερ κλάκας ἔχων ἀκαταλύτους.* Id est: quod si haec, licet multa et maxima, non sufficiunt; ipsius quoque Thomae, Latini doctoris, qui syllogismum magis quam aërem spirabat, testimonium tibi exhibebimus: cui tu certe repugnare non debes, cum et illius scriptis delecteris, et ea pro inviolabilibus legum tabulis habeas. 4) Zoëp. ad ann. 1333. num. 1. Leo Allat. De Eccles. Occid. et Orient. perp. cons. col. 800. 5) Cantacuz. Hist. lib. II. c. 39. Odoric. Rayn. ad A. C. 133. num. 18. Vide et epistolam Barlaami ad Demetrium Thessalonicensem, quae extat apud Bzov. ad ann. 1333. num. XI.

gatos: quorum pauca typis expressa, pleraque autem extant manuscripta in codicibus regijs ¹⁾).

Annis ex eo septem elapsis ²⁾, idem Barlaamus, Avenione, quo ab Imperatore ad Papam clandestina ³⁾ legatione missus fuerat, Thessalonicam reversus magnas turbas in ecclesia Graeca excitavit; ex quibus postea multae in Gregoram molestiae redundarunt. Nimirum ille advena, monachos Graecos nactus qui se divinum lumen oculis corporeis intueri dicebant, Massalianismum iis et Omphalopsychorum ⁴⁾ errorem obiecit. Monachorum patrocinium suscepit vir magnae apud eos existimationis, Gregorius Palamas, iampridem ipse quoque ideo notatus, quod divinam substantiam oculis corporeis visam a se iactavisset. Nam hunc Gregoras ⁵⁾, et ei cognominem Drimyn, antequam ⁶⁾ Barlaamus in Graeciam venisset, id de se praedicantes audierat, et acribus iam tum verbis utrumque reprehenderat: idemque eam rem magno Logothetae et antistitibus aliquot doctis declaraverat. Hi vero eam Massalianorum haeresin esse dixerant, et eiusmodi hominum consuetudinem ut fugeret praeceperant; idque eo magis, quod novam haeresin, ex aliis omnibus conflata, olim exorituram esse, et generalis Concilii decreto correctum iri, veteris cuiusdam prophetiae admonitu didicerant. Monachis igitur, Palama duce, pro suo errore propugnantibus, et lumen, quod in monte Thabor discipulos Christi circumfulsisset, increatum simul et aspectabile fuisse dictitantibus; Barlaamo autem *διόξταν*, seu duplicis Dei cultum, per eam opinionem inveni affirmante, Andronicus Imperator litis dirimendae causa Concilium habendum censuit. Itaque anno Christi MCCCXLI, mense Iunio, in S. Sophiae aedem Byzantium lectissimi ac doctissimi conveniunt ⁷⁾. Gregoram ab Imperatore et a patriarcha invitatum domi detinuit capitis dolor vehementissimus; qui morbus ⁸⁾, per intervalla et certis temporibus recurrens, tota vita eum afflicta- vit. Imperator illa die praeclare et magno omnium plausu concionatus absentem desideravit, eoque auditore moleste caruit. Caeterum in ea synodo quid actum sit non constat, propterea quod illius aevi scriptores alii aliter, et pro suo quisque affectu, rem narrant ⁹⁾. In eo tamen Cantacuzenus et Gregoras consen-

1) Codd. 1997. 2950. 2951. 2) A. C. MCCCXL. 3) Odoric. Rayn. ad ann. 1339. num. 19. Item num. 23. et 31. 4) Umbilicanimorum. 5) Vide Hist. Byz. lib. XIX. c. 1. sect. 4. 6) Ante annum 1328. 7) Hist. lib. XI. c. 20. 8) Gregoras passim in libris suis mentionem eiusce morbi inculcat. Vide libellum, *κατὰ τῶν τοῦ Γρηγοροῦ ληρημάτων*. 9) Cantacuzenus victum Barlaamum veniam petiisse et Palamae doctrinam approbasse scribit. Ioannes patriarcha, qui synodo praefuit, de duobus tantum capitulis, nempe de Thaborio lumine et de preceatione latam sententiam ait apud Leon. Allat. De Eccles. Occid. et Orient. perp. cons. lib. II. c. 17. Gregoras denique solam questionem de preceatione agitatam; quod ad caetera attine-

tiant, quod Barlaamum uterque, iudicio iniurioso offensum, in Italiam dicant remigrasse, et ad Latinorum instituta ac dogmata rursus se convertisse. Triduo vel quadriduo post habitam synodum Imperator morti proximus ad Gregoram misit, qui ex eo sciscitarentur, facilemne curationem astra sponderent, an conatibus medicorum obstarent. Responso nondum accepto, in lethargum relapsus, vitam finivit Iunii die xv, anno Christi mcccxli. Tertio luctus die Gregoras vix tum convalescens, patriarchae et eorum qui aderant domus Augustae Principum hortatu, mortuum Imperatorem flebili oratione prosequutus est.

Post haec civili bello Byzantii laborarunt: ecclesia ipsa dogmaticis Palamitarum et Acindynianorum rixis perturbata. Nam Gregorius Acindynus, Barlaamo in Italiam reverso, desertae ab eo causae patrocinium susceperat ¹⁾; et quamquam eodem quo Barlaamus Tomo ²⁾ synodico, statim fere post Andronici Imperatoris mortem, esset damnatus, Palamam nihilominus variorum errorum accusare pergebat. Hinc magnum inter theologos certamen. Gregoras, cuius pacifica consilia nihil tum apud quemquam valebant, ab aulae tumultu et hominum frequentia in otium et solitudinem ultro concessit, atque ab omni disputatione diu abstinuit.

Interea astrologus quidam, e Gallia profectus, Constantino-polin venit, et felicem belli exitum in aula vaticinatus est ³⁾. Gregoras ab Augusta accitus, ac de novis illis praedictionibus quid sentiret eloqui iussus, vanas eas esse arguit. Ita refutato hariolo Augustam a se alienavit, homini illi, populari suo et placentia annuncianti, benevolam. Tamen haec, dissimulata ira, nihil tum durius dixit; sed eorum qui aderant gratia vultum hilarem induit, et ultionem in aliud tempus distulit. At Gregoras, donum reversus, omni in posterum contentionis studio abdicato, rursus se suo otio et tranquillae solitudinis umbra involvit.

Per illud tempus, circiter annum mcccxlv, Ioannes patriarcha, convocata synodo, Palamam ut haeticum damnavit, ac priora illa in Barlaamum et Acindynum decreta sua abrogavit. Acindynus non longum ea victoria laetatus est. Anno quippe mcccxlvj Palamae cum Augusta in gratiam rediit, eaque instigante patriarcham et Acindynianos continuo scriptis acerbis oppugnavit ⁴⁾. Tum vero Acindynus Gregoram coepit orare, ut expersceretur, et iambis ⁵⁾ hisce parum modulatis, figurarum au-

ret, cognitionem dilatam fuisse contendit: itaque nec de Massalianismo, nec de aliis criminibus Palamae obiectis, actum fuisse.

- 1) Vide Hist. Byz. lib. xiv. c. 8. 2) *συνόδου συγκροτηθείσης δευτέρας*, Tom. Palamit. 3) Vide Hist. Byz. lib. xiv. c. 8. 4) Quae extant in codice regio 2411. 5) Eos ex cod. Vaticano descriptos communicavit mecum R. P. D. Bernardus de Montfaucon.

tem insolentia aevum et solum redolentibus, cunctantem increpavit.

Σὺ σίμβλον ἤδῦ καὶ λόγου μέλι βρούεις,
 Ἄνθη συνάξας νοῦ πτεροῖς εὐομαῖοις,
 Ἐκ Πιερίας καὶ Ἑλικῶνος λόφων,
 Ταῖς τῶν προσώπων ἱκμάσι καθυγράνας,
 Καὶ θερμάνας βράσμασι τοῖς ἐγκαρδίοις·
 Ἄλλὰ καλύπτῃ τῆς σιγῆς τῷ πῶματι.
 Σὺ κῆπος ἡδύς· ἀλλὰ καρποὺς οὐ τρέφεις·
 Ὁ κρύσταλλος γὰρ τῶν παθῶν σε ψυχράνας
 Καταμαραίνει τοῦ λόγου σου τὴν γλῶσσην.
 Σὺ γῆ πολύχους· ἀλλὰ χαλάζης βάρος
 Δεινῶς κατακλᾷ τοῦ λόγου τὸν ἄσταγνον·
 Καὶ τὴν διόπτραν τῶν ἀδήλων ὀμμάτων
 Ὁ τῶν δυναστῶν ἀντιφραττεῖ πως γνόφος.
 Σὺ καὶ φρέαρ πότιμον· ἀλλ' οὐκ ἐκρέεις·
 Τῶν γὰρ ἀγωγῶν ἐμφραγέτων τῇ ζάλῃ
 Τῶν ὑδάτων ἔκρυσεν οὐκ ἔστι βλέπειν.

*Tu dulce succis alveare melleis
 Ferves: volucris mente tu per arduum
 Heliconae perque Pierum flores legis;
 Sudore deinde frontis irriguos doces
 Vapore cordis igneo calescere:
 Sed premeris alto conditus silentio.
 Tu dulce ridens hortus, at non fructifer:
 Pigro timoris quippe tardatus gelu
 Florentis in te torpet eloquii vigor.
 Tu fertile uber: grando sed densa irruit,
 Et adulta diro contudit sata impetu;
 Oculisque lumen inditum latentibus
 Nubes minacis obruit potentiae.
 Tu pura fontis unda, sed non profluis:
 Laticis meatum nam quia obstruxit ferox
 Procella, rivum cernere liquidum haud datur.*

Hæc Acindyni expostulatio quantum apud Gregoram valuerit, incertum est: sane eum ut silentium rumperet, ac ut suam de opinionibus novis sententiam publica professione declararet, maioris auctoritatis vis permovit. Anna Augusta, Palamae (ut diximus) reconciliata, Gregoram omnibus theologis altercantibus unum tacentem ad se accivit ¹⁾; eo nempe consilio, ut si cum ipsa sentiret, tum ei quoque, veteres iras oblita, reconciliaretur; sin minus, apertum ipsi bellum indiceret. Ac initio quidem verbis mollioribus compellavit et amice alloquuta est: deinde ei Palamae dogmata proposuit. Illo autem improbante, et quamlibet

1) Gregoras Hist. lib. xv. c. 7.

opinionum novitatem omnino respuente, vehementer irritata, scriptam sententiam confestim ut traderet efflagitavit. Ex eo Gregoras Palamam et Palamitas omnes, qua scriptis, qua dictis insectari usque perstitit, exulaturus fortasse ob eam rem, nisi Cantacuzenus Byzantium interea cepisset. Acindynus lecta oratione ¹⁾, qua Gregoras orthodoxos ad causam verae Fidei defendendam hortabatur, tanta laetitia ²⁾ affectus est, ut his rursum iambis eum alloquutus sit:

Ὄτω μὲ τοῖς σοῖς ἐξανηρτήσω λόγοις,
 Καὶ τοῖς καλοῖς ἀγῶσι τοῖς ὑπὲρ λόγου,
 Ὡς καυστικοῖς ἀνθραξιν ἐξάψασί με,
 Ὡ τῶν λόγων καύχημα καὶ τῶν δογμάτων,
 Καὶ τοῦ λόγου σφράγισμα τοῦ παντουργέτου,
 Καὶ θαῦμα τῆς γῆς τῶν σοφῶν φροντισμάτων,
 Ὡστε σφαδάζειν πρὸς ξιφῶν ἀμάς ὄλας,
 Ὡς ἂν πρὸς ἀδραν καὶ καλὴν εὐωχίαν.
 Τίς μοι παράσχοι μουσικὴν τὴν Πινδάρου,
 Ὡς τὴν ὑπερθαύμαστον ὑμνήσω κάραν,
 Νικητικοῖς στέψω τε τὸν Νικηφόρον
 Ἐκ καρδίας βλύζουσιν ἐνθέου λόγοις.
 Ὅρῳ σε etc.

*Sic me efficacis eloquii potentia,
 Sic me eruditus pro Fide laboribus
 Incendis, ac si facibus admotis agas,
 O litterarum dogmatumque ingens decus,
 Expressa imago Conditoris, omnia
 Verbo creantis; orbis o miraculum,
 Sapientis animi sensa quam docte explicas!
 Nunc nunc furentes ensibus strictis minas
 Molles ut auras appeto, ut festas dupes.
 O quis sonantem Pindari lyram dabit,
 Insigne meritis laudibus tollam ut caput,
 Verbisque vates corde fuisis entheo,
 Victrice donem laurea Nicephorum!*

Sub illud ipsum tempus Anna Augusta, Palamiticae factionis antistitibus in palatium congregatis, Ioanni Calecae patriarchatum abro-

- 1) Lectis fortasse prioribus Antirrheticis: de quibus infra in Indice Operum dogmaticorum. 2) Gregoras tamen nec Barlaami nec Acindyni sectatorem sese unquam professus est. Immo, teste Philotheo patriarcha, Antirrheth. lib. xi.: ἀπαναίνεται σφόδρα Γρηγορᾶς καὶ καθ' ὑπερβολὴν ἀρνείται τὴν ἐκείνων μυσταγωγίαν. et paulo infra ibidem: λόγοις μὲν ἀποκηρυττων καὶ ἄμφω, καὶ μηδὲ τούτομα προσποιούμενος ἐπαλεῖν ἐθέλειν. Ἐργῶ δὲ τὰ ἐκείνων ἀνακηρυττων, καὶ οὐδὲν ἄλλο ἢ Βαρλαάμ τε καὶ Ἀκίνδυνος ὧν ἐν τοῖς γράμμασιν.

gavit. Nocte autem proxime subsequuta Byzantium occupatum a Cantacuzeno ¹⁾).

Hic longo ante quam esset ad supremam dignitatem evectus Nicephorum Gregoram in intimis habuerat. Litterarum quippe studiùs a puero usque deditus ²⁾ amabat viros doctos, et cum iis frequens conversabatur. Ubi rerum potitus est ³⁾, veteris quidem familiaritatis ius integrum illi servavit: sed plus aequo in Palamitas propensus spes praeclaras, quas is de ipso conceperat, omnino frustratus est. Gregoras vero de amici (ita de Imperatore loquitur) salute sollicitus in eam curam totus incubuit, ut eum aberrantem in viam reduceret. Quin etiam cognitis adversariorum machinationibus, qui ut quam primum exilio mulctaretur clanculum et palam apud Cantacuzenum agebant, liberius hunc arguere instituit, ut vel convictum pudore afficeret, vel ipse Byzantio exactus ecclesiae oppressae conspectu saltem careret. At ille tenax propositi, nec hominis irati verbis offensus, pari usque iure Imperator cum privato disputabat; ut illius clementiam, magis quam huius zelum, plerique admirarentur. Tandem Gregoras, quoniam hac minus succedebat, aliam viam ingreditur. Cantacuzeno Didymotichum profecto ⁴⁾, Irenen adit illius uxorem, recenti filii morte afflictam. Eam cladem erroris per Cantacuzenum grassantis fructum esse affirmat, et fidem facit. Ita suas partes Augustae patrocinio roborat. Ea re audita Palamitae, ac imprimis Isidorus patriarcha, ad Irenen accedunt, eique, ut ab omni cum Gregora consuetudine absteineat, persuadere contendunt: Repulsi Cantacuzenum Didymoticho evocant. Hic tumultum veritus Byzantium advolat et litigantes arcessit, Isidorum nempe et Gregoram. Multis ultro citroque sermonibus habitis, pervicit Gregoras, ut Isidori Canones, seu Hymnodiae, igne delerentur, ac ut loquendi libertatem ii reciperent, quibus adempta esset. His conditionibus in concordiam reditum est, et sumptuoso convivio sancita pax. Sed eae quidem breves induciae fuerunt. Nam Palamas, quod illi colloquio praesens haud interfuisset, Didymoticho postmodum accitus, lites renovavit. Disputatum rursus apud Imperatorem acri contentione, nullo autem successu. De toto illo negotio plura scire qui voluerint, ii Gregoram ipsum adeant, Historiae libro xv. Cap. v.

Biennio fere postquam haec gesta sunt, sub exitum anni mcccxlx, obiit Constantinopolitanus patriarcha Isidorus. Cantacuzenus Imperator et Irene Augusta Gregorae animum blanditiis, promissis, largitionibus, aliisque artibus iam saepe tentatum, etiam patriarchali dignitate ostentata flectere et sibi mancipare conati sunt. Gregoras ut sententiam mutaret adduci non

1) A. C. mcccxlviij. mense Februar. 2) Greg. Hist. lib. xix. c. 1. sect. 4. 3) Lib. xvi. c. 5. 4) A. C. mcccxlviij. autumno exeunte.

potuit: sed et illos verbis castigatos officii admonuit, et oblatum honorem repudiavit. Itaque creatus patriarcha monachus montis Atho, nomine Callistus, vir illiteratus et Acindynianorum hostis acerrimus. Anno demum mcccxi. Cantacuzenus, ut Acindynianis turbantibus et Constantinopolitanam ecclesiam criminantibus silentium imponeret, synodum convocare statuit ¹⁾, at non occumenicam, ut saepe et iam pridem pollicitus fuerat. Gregoras, ea re audita, privatim illum convenit, atque ut ne episcopis paucis, iisque maximam partem indoctis, iudicium permetteret, enixe contendit: tum ne errori suffragaretur, multis rationibus deterere ipsum conatus est. Sed longa et aspera admonitione ²⁾ nihil profecit: immo hominem magis a se alienavit. Caeterum ne religioni periclitanti in ipso articulo deesset, statim se ad certamen accinxit, et ei qui pro Fidei veritate pugnaturus foret convenientem armaturam induit, habitum videlicet monasticum. Id vero factum citra ullam caeremoniam, unius sacerdotis religiosi interventu; e cuius manu vestem cum acciperet, professus est, se mutato deinceps vivendi genere vitae aulicae prorsus renunciatum ³⁾.

Ubi indictus dies advenit, convenere in aulam factionis Palamiticae episcopi ⁴⁾. Eodem quoque Gregoras cum sociis et discipulis affuit. Inter huius socios eminebant tres pontifices; primus Ephesi, alter Gani metropolita; tertius Tyri episcopus, idemque Antiocheni patriarchae vicem gerens; nec non viri duo eruditione praestantes, Dexius et Athanasius ⁵⁾. Cum his Gregoras, circiter horam diei secundam, palatium ingressus, atque ab interioris aulae aditu per lictores exclusus, diu mansit in vestibulo, epulantibus interea apud Imperatorem Palamitis. Quibus post prandium in Alexii Triclinium ⁶⁾ hora ipsa meridiana introductis, et cum Cantacuzeno quid agendum esset praemeditatis, tandem et Acindyniani impransi iussi sunt intrare. Singula huius pseudosynodi acta recensere longum fuerit; nec vero necesse est, cum ea quisvis possit ex ipsius Gregorae libris ⁷⁾ et ex Tomo Palamitico abunde cognoscere. Totius disputationis, quae intra quindecim dies sessionibus quatuor absoluta est, exitus hic fuit. Confirmata Palamae doctrina. In Barlaamum et Acindynum mortuos horrendi carminis ⁸⁾ anathema pronunciatum ⁹⁾. Ephesi et Gani metropolitibus adempta per vim insignia dignitatis;

1) Cantacuz. Hist. lib. iv. c. 23. Greg. Hist. lib. xviii. c. 3. 2) Extat oratio lib. xviii. c. 4. 3) Ibid. sect. 4. 4) A. C. mcccxi. Maii die 27. 5) Ioh. Cyparissiotis Palamic. transgression. libro secundo, cap. ult. tres Acindynianos memorat ut illustres, Burden, Polerianitam, et Lybdicen. 6) Quod erat in Blachernensi palatio. 7) xviii. xix. xx. xxi. 8) *μάλιστα και φοβηθεσταταις αραϊς αποκηρυχθεντας*, inquit Philotheus patriarcha. Cod. reg. 1996. fol. 319. 9) Ut in eos, quorum salus esset desperata.

non item episcopo Tyri, qui ultimae sessioni haud interfuit. Gregorae discipuli alii in custodias dati, alii omnem cum magistro consuetudinem coacti eiurare. Gregoras tamen ipse nullo dicto violatus; sed ei et aliis quibusdam facile permissum est, domum ut abirent. Tomus synodicus ¹⁾ non statim, sed post duos menses promulgatus ²⁾. Subscripsere Imperatores, Ioannes Cantacuzenus, et eius gener Ioannes Palaeologus; tum Callistus patriarcha, et alii pontifices ³⁾. Paulo post ⁴⁾ Cantacuzenus, sumpto omni ornatu Imperatorio, adyta ingressus, Tomum illum propriis manibus gestans altari imposuit, Palamitis applaudentibus et finium Imperii propagationem ob illud meritum spondentibus. Gregoras, statim ut audivit Palamitas Cantacuzeno, si Tomum suum novo illo et inusitato ritu consecraret, fausta omnia promississe; immo, inquit, cum videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto, cognoscite quoniam appropinquavit desolatio Imperii Romani ⁵⁾. Atque hanc eius praedictionem eventus veram fuisse comprobavit, praeclara autem Palamitarum promissa ad nihilum reciderunt. Ob eam rem, item alias ob causas, silentium impositum Gregorae caeterisque orthodoxis. Horum quidam parvere: alii, quod contumaces essent, in vincula confecti. Illustriores inclusi suis ipsorum aedibus, ne quinquam alloqui possent. Ita metu coacti obtulerunt.

At Nicephorus Gregoras ne tum quidem linguam calamumve continuit: sed scriptis ad Trapezuntios et ad Cyprios amicos ⁶⁾ litteris Byzantinam ecclesiam perversae doctrinae accusavit, et ab ea, velut morbo infecta, ut secederent, eos commonefecit. Quin et Principes ipsos criminari ausus est. Quamobrem ei, domus suae parietibus septo et incluso, custodes monachi appositae sunt. Nimirum ille, etsi habitum religiosum non induit nisi post annum aetatis quinquagesimum sextum, tamen apud Chorae monachos domicilium sibi admodum iuvenis constituerat, ac Theodoro Metochitae, ut iam dictum est, commendatae eius monasterii administrationis socium se et vicarium addiderat. Quin et mortuo successerat in procurationem et conservationem rerum eiusdem coenobii praecipuarum. Habebat itaque in monasterio propriam et ab aliis separatam domum; humilem quidem illam, et nulla sui parte vias publicas attingentem, si patriarchae Philo-

1) Editus a Combefisio Auctarii novissimi parte altera pag. 170. 2) A. C. MCCC.LI. mense Augusto, ante festum Assumptionis. 3) Subscriperunt metropolitani propria quidem manu viginti quinque; duo autem διὰ γρομῶν. Affuerunt praeterea episcopi septem, ut constat ex subscriptionibus pseudosynodi Palamiticae, a Combefisio editae. Tamen Gregoras duos tantum et viginti arcessitos affirmat. 4) In festo Assumptionis. 5) Hist. lib. xxv. cap. ult. 6) Inprimis ad Georgium Lapitham. Vid. Cantacuz. Hist. lib. iv. c. 24.

theo ¹⁾. credimus: sed quam adeunti cuilibet multos per annos patuisse, et magna discipulorum frequentia, tum cum res tranquilla essent, quotidie floruisse certum est.

Illic itaque incluso custodes et exploratores additi ii ipsi monachi, quorum erat iampridem convictor et contubernalis; mandatumque illis, neminem ut ad eum ingredi sinerent, caverentque, ne eius litterae foras ad quenquam perferrentur. Hi munere imposito diligenter atque adeo parum humaniter functi sunt ²⁾; immemores quippe beneficiorum, quibus innumeris affecti erant ab hoc vetere hospite et altero quasi monasterii conditore. Qua de re ipsum Gregoram praestat audire acerbissime conquerentem Historiae libro xxii. Haec cum ita se haberent, tamen variis modis tentata illius constantia. Preces, et minae alternis adhibitae, ac de concordia reconcilianda subinde actum per internuncios. Sed nec missi a Cantacuzeno senatores, nec episcopi, aliive a patriarcha oratores delegati, nec praesens ipse patriarcha, hominem movere potuerunt, ut novis decretis subscriberet, e quibus illi voces suspectas et litigiosas sublatas esse affirmabant.

Magna erat et perquam vetus Gregoram inter et Cabasilam amicitiae studiorumque coniunctio: par amborum fama. Sed Gregoram omne eruditionis genus, Cabasilam non tam doctrina, quam ingenium excellens et naturalis quaedam facundia ornat ³⁾. Et hunc igitur, quum caeteris oratoribus male cessisset, ad Gregoram mitti placuit, comesque ei datus unus ex primariis Callisti patriarchae administris. Ab his eadem rursus quaestiones agitatae. Longi autem colloqui ⁴⁾ idem qui priorum disputationum fructus extitit. Ac illi quidem, minati extrema (nempe eius orationes, in Sanctorum festis recitari solitas, ignem esse deleturum; ipsum vero post mortem extra Urbis moenia proiectum iri ac sepultura cariturum), successu desperato recesserunt. Ilum autem durior quam antea circumsevit vigilum monachorum custodia.

At morosam excubitorum vigilantiam brevi fefellit veteris fidelisque amici solertia, si modo vera sunt ea, quae Gregoras de Agathangelo, Callistrati filio, memorat. Nempe exeunte anno

1) Ἐπὶ δὲ τῆς ἐκείθεν προσγενομένης ἀθυρίας (φησὶν ὁ φιλόσοφος) ἀλγῶν τὴν ψυχὴν, καὶ συγχυθεὶς τοὺς λογισμοὺς καὶ τὴν διάνοιαν, καὶ δυσχεραίνων ὡσαύτως καὶ πρὸς αὐτὴν τῆς συνήθη καθέδραν καὶ τὸν οἰκίσιον, ἐξ ἀπόπτου διὰ τινος παρακτύφας θυρίδος (καίτοι γε ψεύδος καὶ αὐτὸ τοῦτο, τῆς οἰκίας αὐτῷ χαμαιζήλου καὶ ταπεινῆς οὔσης, καὶ μηδαμῶς πεφνυκίας πρὸς ταῦτα· ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀμφοδῶσι τοῖς ἐξω μηδὲως προσεγγιζούσης, καθὰ δὴ καὶ ὁρᾶται) τὰς ἀγνίας καὶ τὰς τριόδους ἐσκόπει, παραψυχὴν τινα πορίζων τοῖς λογισμοῖς ἐκείθεν βουλόμενος. Philotheus Antirr. I. Cod. reg. 1996. fol. 7. 2) Greg. Hist. lib. xxii. c. 2. 3) Greg. Hist. lib. xxi. c. 5. 4) Gregorae disputatio cum Cabaalla extat Hist. lib. xxii. xxiii. et xxiv.

ccccli. Decemb. die viii. in pervigilio Conceptionis B. Virginis Dei matris, cum in Chorae monasterii aedem magna et promiscua hominum turba convenisset, eodem cum caeteris irrepsit Agathangelus, Gregorae quondam discipulus; ac circiter secundam noctis vigiliam in magistri cubiculum per fenestram admissus est. Aegre ab illo agnitus, propterea quod annis decem totis patria abfuerat, post amicas ultro citroque allocutiones primum res inter peregrinandum visas vel auditas, deinde et ea, quae post suum in Urbem reditum ad Gregoram pertinentia didicerat, summam exposuit. Tum ea ipsa nocte nondum elapsa dimissus domum abiit. Idem sexto post mense sub exitum veris reversus ¹⁾ res domi ac militiae superiore anno gestas narravit. Ita per tres annos intervendo effecit, ne inclusum quicquam lateret earum rerum, quas scire eius interesset. Ex his Agathangeli narrationibus Gregoras libros quinque historicos texuit, continua orationis serie in dialogum mutata; eo scilicet consilio, ut posset alterius verbis tum adversarios arguere liberius, tum se ipsum minore invidia laudare, ubi res postulare: id quod alioqui turpe et indecorum, fortasse isti condonandum est, optimam causam defendenti, et cum haereticis decertanti. Mihi quidem verisimile fit, totum illud Agathangeli subinde euntis redeuntisque episodium confictum esse ab historico ea licentia, qua philosophi et oratores plerique in dialogis uti solent: quamquam hoc satis constat, floruisse illo saevo quendam nomine Agathangelum, qui et adversus Gregoram librum pro Aristotele apologeticum ²⁾ scripserit.

Ab illo tempore, quo Tomus Palamiticus promulgatus est, ad illum diem, quo Ioannes Palaeologus, Byzantium repente ingressus, summam potestatem recepit, Gregoras domo tanquam carcere inclusus multa incommoda pertulit. Ipse ad eam inopiam redactam se queritur, ut cum hiemis frigus acutissimum esset, gelidae aquae pocula aliter tepefacere haud potuerit, nisi solis radiis per fenestram in cubiculum intromissis ³⁾. Idem memorat, aquam se ex puteo coactum haurire ad saxum noctu offendisse, atque hinc multis diebus pede aegrotante necesse sibi fuisse aquam pigram et putridam potare, donec Agathangeli ministerio aliam paravisset ⁴⁾. Basilio Magno et aliis compluribus viris sanctis, qui persecutionis metu in speluncas et in solitudines fugissent, permissum olim fuit, ubi sacerdos abesset, sacrosanctum Christi corpus propriis manibus sumere et ori suo admove-
vere. Illorum exemplo Gregoras, cum aliter non liceret, propterea quod nullus ad eum domo inclusus sacerdos orthodoxus accedere audebat, Eucharistiae sacramentum sibi ipsi privatim

1) Iunio mense. 2) Indicatum in Catalogo Bibliothecae Scorialensis.

3) Hist. lib. xxviii. 4) Hist. lib. xxvii.

ministravit. Nimirum habebat penes se hostiarum consecratarum copiam longo ante provisam, quas postquam omnes consumpsisset, amicum Agathangelum rogasse se ait, ut alias sibi cum Antidoris, seu panis benedicti frustis, afferret. Itaque ei ab adversariis omni fere tam animae quam corporis solatio interdictum fuit. Ab iisdem adeptos sibi per vim sacrae Scripturae libros ¹⁾ narrat; item anno quoque redeunte tentatum se a Principibus per emissarios (quos *ἀσθημερινοὺς θεολόγους*, seu *unius diei theologos*, vocat), ut aut captiosis argumentationibus deceptus perverteretur; aut, si eum nulla ratione flecti posse appareret, statueretur denique, utrum expediret, carcerisne aerumnis et longa veluti morte eum confici, an manu violenta subito opprimi ²⁾).

Inter hos metus libros Historiae Byzantinae decem composuit tanta celeritate, ut vix dies quadraginta ei scriptioni impenderit ³⁾. Ii sunt liber decimus octavus et novem deinceps continui; quibus tum alia multa continentur, tum Acta synodi Palamiticae, et habita cum Cabasila disputatio; nec non triplex cum Agathangelo colloquium. Porro in his praecipua observatio dignum videtur testamentum ipsum auctoris ⁴⁾: cuius quidem testamenti tria sunt capita. Primo iubet Gregoras illorum decem librorum exemplaria quam plurima summa cautione describi, et amicis ubique terrarum degentibus distribui. Altero Fidem exponit, de Barlaamo et Acindyno ecclesiae decreta approbat, et in Sacramento Eucharistiae verum Christi corpus et sanguinem agnoscit. Tertio cadaver suum, quod Palamitae insepultum proiecturi sint, sepeliri vetat. Haec vero omnia docet scripsisse se raptim ac furtim in charta vilissima, nec aut corrigere aut expolire potuisse, anxium videlicet, ac ne ab inimicis deprehenderetur perpetuo sollicitum. Non mirum itaque, si illi decem libri et minus castigati sunt, et magnam doloris acerbiteriam produunt; quae et in reliquis, ad illos postea adiectis, non minor quidem existit, abest autem a septemdecim prioribus; quos ex eo apparet, et aliunde etiam constat, ante synodum Palamiticam integra adhuc auctoris libertate conditos fuisse. Praeterea libros decem in Tomum Palamiticum Antirrheticos, eodem illo domestico carcere inclusus, scripsit: manum autem huic operi tum primum admovit, cum Agathangelus, quarta vice in eius cubiculum furtim ingressus, professionem fidei editam a Palama, et selecta ex synodico Tomo capita, ita ut mandatum ei a magistro fuerat, secum attulisset ⁵⁾. Eorum librorum fragmenta extant apud Philotheum patriarcham;

1) Gregoras libros habuit bene multos, ut supra observatum. Quosdam in Bibliotheca Regia agnovi, ac in iis codicem 2259, qui et chirographum eius praefert. Est autem is codex, *Flavii Iosephi Historia Iudaica de excidio Hierosolymitano*. 2) Hist. lib. xxviii. Hist. lib. xxvii. 3) A. C. mcccclii. Iulio et Augusto mensibus. 4) Hist. Byz. lib. xxvii. 5) Hist. Byz. lib. xxvii. in fine.

qui Tomi Palamitici defensione suscepta, Antirrheticos Antirrheticis opposuit, ac mortuum Gregoram refutare Cantacuzeno hortante conatus est.

Anno Christi MCCCLIV. vere ineunte Matthaeus, Cantacuzeni filius, in templo Blachernensi, Philothei patriarchae opera ac ministerio, coronatus et solenni ritu socius Imperii cooptatus est a patre ¹⁾: atque huius missu paucis post diebus ad Gregoram accessit, animum eius denuo tentaturus, et praemiorum spe oblata suasurus, ut in aulam, quemadmodum antea, frequens veniret. Cumque is nec adhortationibus nec promissis ullis flecteretur, saltem hoc persuadere conatus est, publicarum calamitatum causam non Cantacuzeno Imperatori, sed Providentiae divinae decretis et fatali necessitati attribuendam. Gregoras contra validioribus argumentis probavit, quaecumque homines facerent, ea ipsos non divina praesentia aut fato cogente, sed privatae voluntatis libero instinctu ductos facere; ac proinde frustra Cantacuzenum ea ratione excusari, quod quicquid peccavisset, id non sponte sed fato subigente peccasset. At Matthaeus, ubi illum vidit immotum et inexorabilem in sententia perstare, ac sibi plura dicturo audientiam denegare, tristis abiit: factumque inde, ut severius quam antea Gregoras custoditus, gravissimo terrae motu ²⁾ concussis aliquanto post domus suae parietibus, non ausus sit foras exire ³⁾.

Eodem anno exeunte ⁴⁾ Ioannes Palaeologus Byzantio potitus est: Gregoras, recepta libertate et custodum metu excusso, cum in aulam se contulisset, de novorum dogmatum impietate apud Principem non adeo aequum ⁵⁾ Palamitis liberius disseruit: hortatus est, ut religionem afflictam erigeret; paratumque se ostendit ad ea refellenda, quae Cantacuzenus et Palamas, decretis suis per vim confirmatis, iniqua et absurda definivissent. At Ioasaphus (id Cantacuzeno, monasticam disciplinam professo, nomen erat) ubi haec agitari rescivit, Palamam, qui tum a Turcis captivus tenebatur, grandi pecunia statim redimi curavit, ut is causam suam per se ipse praesens ageret: tum filiae Helense, Ioanni Palaeologo Imperatori nuptae, auctoritatem interposuit, ne iudicium constitueretur, quod sibi futurum esset ignominiosum. Ita Gregorae studium omne in praesens irritum fuit.

Anno proxime insequuto episcopus Latinus, Palaeologi amicus, Byzantium legatus advenit. Eius nomen silet Gregoras, doctrinam autem commendat, ut hominis in sacrarum Scripturarum commentatione versati, et exercitationibus theologicis in scho-

1) Hist. Byz. lib. XXVIII. 2) Eum terrae motum Villanus confert in annum 1354. Kalend. Martii. 3) Eiusdem libri cap. ult. 4) A. C. MCCCLIV. autumnano exeunte. 5) Cur Palamitis infensus fuerit, docet Gregoras Hist. lib. XXVII.

lis Latinorum eruditi. Erat is procul dubio Paulus ¹⁾ archiepiscopus Smyrnensis, quem exeunte anno mccciv. obsequium et debitam Romanae sedi reverentiam a Ioanne Palaeologo Imperatore pactum fuisse, discimus ex Annalibus ecclesiasticis. Hic cum de ecclesiae Graecae opinionibus novis multa audivisset, ab Imperatore postulavit, ut sibi cum Palama, earum opinionum auctore, congregari liceret: mox autem, facta colloquendi copia, ubi eum re ipsa multis magnisque erroribus imbutum esse comperit, ipsum quoque Gregoram cum eo disputantem velle se audire significavit ²⁾. Itaque Gregoras, per magnum Logothetam ab Imperatore accitus, in aulam venit, ignarus quam ob causam vocaretur. Nam illum Helena Augusta, parentis sui Cantacuzeni amicis favens, praemoneri vetuerat, ne praemeditatus ad disputandum accederet. Vix palatium ingresso nunciatur, Palamam illic adesse. Eo nuncio primum percussus haesit; et parum abfuit, quin pedem statim referret. Deinde animo obfirmato, et e re nata consilium capiens, ulterius perrexit. Aderat tum apud Palaeologum generum suum Irene Augusta: aderant aulae primores. Gregoras, salutato Imperatore, consedit; atque ut ne in praeludiis recensendis diutius immoremur, proposita ab adversario quaestione de substantia et operationibus divinis, haec in Deo nihil differre multis rationibus probavit. Imperator, utraque parte audita, sive incertior esset quam antehac, sive Cantacuzenum socerum suum damnato Palama nollet contristare, sententiam ferre noluit. At Palamas, benigni Principis silentium prout libuit interpretatus, postridie per totam urbem discurrit, et suae (ut aiebat) victoriae famam ubique disseminavit. Ea re Imperatorem valde offendit; aulicos vero, qui hesterno colloquio praesentes interfuerant, sic irritavit, ut ex urbe in aulam reversus male et sinistre ab iis exceptus sit. In ea disputatione quid actum, quidve a se aut ab adversario dictum fuerit, Gregoras duobus de ea re scriptis dialogis fuse tradidit ³⁾. De Latino episcopo, cuius gratia disputatum erat, dicere oblitus est quodnam de tota illa concertatione iudicium eius extiterit.

Caeterum Cantacuzenus ex Imperatore monachus, cum novos dialogos publice lectitari et omnium manibus teri videret, sua interesse credidit, ut quam primum refellerentur ⁴⁾. Statim itaque, eo urgente, varii libelli a Palamitis compositi prodierunt. Extat nunc quoque in cod. ms. Biblioth. Regiae ⁵⁾, inter opera Nic. Cabasilae, Satyricum opusculum hoc titulo: *κατὰ τῶν Γρηγοῦ ἀληθειῶν*, in *Gregorae deliramenta*. Extat in alio cod. ⁶⁾

- 1) Hic Paulus postea Constantinopolitanus patriarcha *titularis* fuit. Eius cum Ioanne Cantacuzeno disputatio manuscripta extat in codice regio 1999. 2) Hist. Byz. lib. xxx. cap. ult. 3) Hist. Byz. lib. xxx. et xxxi. 4) Hist. Byz. lib. xxxii. 5) Num. 2965. fol. 282. 6) Num. 2409. fol. 41.

ἐπίτομος κατὰ τὸ δυνατὸν διήγησις τῆς ἐπὶ τοῦ παλατίου ἐνώπιον τοῦ βασιλέως γενομένης διαλέξεως τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἀρχιεπισκοποῦ Θεσσαλονίκης καὶ Γρηγοῦ τοῦ φιλοσόφου. id est, *narratio quam maxime compendiaria disputationis inter sanctum Patrem nostrum Gregorium archiepiscopum Thessalonicensem et Gregoram Philosophum in palatio coram Imperatore habitae*: eaque narratio dogmaticis Palamae operibus praefixa est. Is autem qui eam texuit Gregoram argumentis futilibus et sermone inconcinno; Palamam vero non rationum vi solum, sed et verbis elegantibus sese defendentem inducit. Denique Mediolani in Bibliotheca Ambrosiana libellus ¹⁾ extat inscriptus, *περὶ τῆς τοῦ Γρηγοῦ ψευδογραφίας ἑμοῦ καὶ δυσσεβείας, de Gregorae scriptis mendacibus, et de eiusdem impietate*: quem qui composuit, is in ipso exordio significat, oppugnari a se τὴν τῆς διαλέξεως διήγησιν, id est, *narrationem disputationis*. Hi sunt nimirum illi, quos Cantacuzenus Gregorae opposuit, frivoli certe et parvi ponderis libelli; ut non immerito eos Gregoras *λογάρια* vocet ²⁾, et ἀμβλωθρίδια, ἑμοῦ τῶ πληγέντι ἀέρι πρὸς τὸ ἀφανῆς ἀπίοντα, *fabellas scilicet et vilia quaedam embrya, percusso aëre statim evanescentia*.

Nihilominus idem qui eos libellos vulgaverat Ioasaphus Cantacuzenus, elapso inde anno integro et dimidio, ubi spes suas ipso eventu delusas vidit, Gregoram rursus experiri statuit, et per amicos domum invitavit ³⁾. Gregoras amicitiae redintegrandae spe allectus, et quia illum putabat, mutata forte sententia, velle errata confiteri et corrigere, non gravate paruit, et summo mane ad eum venit. Ac sermo quidem, ut inter amicos eosque veteres, blandus primum et hilaris fuit. Deinde, Palamae mentione iniecta, cum et Cantacuzenus et assentatores monachi illum laudare et admirari coepissent, ita Gregoras excanduit, ut ex familiari colloquio ad iurgia protinus et ad convicia ventum fuerit. Tantum igitur abfuit, ut eo colloquio lites componerentur, ut novis offensionibus irritata odia recruderint. De hac postrema disputatione Gregoras dialogos quatuor scripsit; eos videlicet, qui Historiae libros totidem constituunt; trigesimum secundum dico, et tres deinceps continuos. Sunt autem ii mere dogmatici, primo excepto, cuius exordium historicum est.

Sub illud credo tempus Ioasaphus Cantacuzenus, pervolutis Historiae Byzantinae libris, quorum Gregoras auctor esse ferebatur, cum alia multa in iis notavit ⁴⁾; tum illud de se inprimis, quod ibi diceretur, *superstite Andronico Imperatore monachos montis Atho fatidicos adiiisse, et an rerum potiturus esset, ab iis sciscitatus fuisse*. Idem etiam gravissima crimina, religiosis

1) Num. O. I. 2) Hist. Byz. lib. xxxii. circiter initium. 3) A. C. mcccxvii. 4) Cantacuz. Hist. lib. iv. cap. 24. et 25.

eum montem incolentibus ab historico obiecta, in iisdem libris observavit. Quae ut falsa esse argueret, arbitros convocare et eorum iudicio censuram libri permittere constituit. Acciti igitur viri illustres, et civium Byzantinorum lectissimi: qui ubi criminosas illas narrationes per lectorem recitatas audiverunt, una omnes voce *Gregoram valde mendacem et impudentem et levem esse pronunciarunt*. Ita Gregoras absens et inauditus damnatus est. At hic, ubi rem rescivit, aegre admodum tulit, et Cantacuzeno convento hunc triumphum ut iniquum exprobravit: neque enim quaecunque nomen suum praeferrerent, ea omnia scripsisse se: *quae contra Tomum scripta circumferrentur, sua esse; quae contra Cantacuzenum, nescire se cuius forent: velle autem, ubi nactus esset, ea suppressere; quae si prius accepisset, quam ad aliorum aures venirent, igni mandaturum*. Haec ille; ad quae Cantacuzenus ironice respondit, ut ridere potius quam refellere videretur. Atqui Gregoras, cum negaret sua esse quae Cantacuzenus publice arguisset, haud mentiebatur; nisi forte diversos ab iis qui supersunt Historiae Byzantinae libros condiderat. Nam in his quos habemus (sunt autem duodequadragenta continui) de illis montanis oraculis a Cantacuzeno consultis nihil omnino scriptum occurrit; de montis Atho monachis multa quidem; sed non illa ipsa, quae Cantacuzenus apud se lecta esse memorat; immo ea, quae et montem et monachos mire commendant ¹⁾.

Hinc adeo apparet, libros Gregorae ab hominibus improbis iam tum fuisse corruptos ac depravatos; proinde vera esse, quae hic ultimo Historiae libro de adversariorum nequitia et malis artibus queritur, quod ii multa clanculum ex suis operibus ferro resecta sustulissent, et littera una vel etiam pluribus seu additis, seu invicem permutatis, verum ac rectum sensum omnino invertissent, ut *φῆν* pro *εῦ*, *κακὸν* pro *καλόν*, *κατὰ* pro *περὶ*, legeretur. Quamobrem etiam lectores admonet, hortaturque, ut librorum suorum exemplaria conferant; quae plurima ait extare: quippe se, eiusmodi fraudes praemetuentem, operam dedisse, ut multa apographa discipulorum manu quam accuratissime suo vel amicorum sumptu describerentur.

Fortasse igitur, ut plerisque auctoribus, ita etiam Nicephoro Gregorae quaedam falso adscribuntur, spuria videlicet et supposititia: cuiusmodi esse existimo somnium illud propheticum, a Philotheo patriarcha productum ²⁾ et explosum: quod quoniam nondum typis editum est, iuvat hoc loco integrum apponere. Gregoras domo inclusus ³⁾ Agathangelum furtim ingressum et mox abiturum, in epilogo Operis Antirrhethici, quod Philotheus refutandum suscepit, his alloquitur. *Ἐπεὶ δὲ πρόφῃα νυκτῶν τὰ τῆς*

1) Vide Hist. lib. xiv. cap. 7. 2) Antirrheth. xii. Cod. reg. 1996. fol. 297. 3) A. C. MCCCLIII.

ὀμιλίας ἡμῖν, ὡς ὁρᾷς, ἐκτίεται, καὶ δεῖν ἀπιέναι σε, καθενδόντων οἷς τὰ τῆς ἡμετέρας ἐπιτέραται φυλακῆς, φέρε καὶ περὶ τῶν συμβησομένων βραχέα τὸν ἐνόντα διέλθωμεν τρόπον. οὐ γὰρ ἄξιον οὔτε σέ γε ἀγνοεῖν, οὔθ' οἷς μέλλεις φίλοις ἡμῶν ὀμιλεῖν καὶ συνεπάθλοις, ἵνα μὴ πρὸς τὸ τῆς ἐλπίδος ἀποβλέποντες ἀθῆλον ἄχθωνται. τετύχηκε γὰρ μοι διφέντι πρὸς δεσμοτήριον ἤδη τουτεῖ περικεχύσθαι μακρὰν ἀθυμίαν, κἀνυ κεντοῦσαν καὶ ὀδυνώσαν μου τὸ λογιζόμενον τῆς ψυχῆς, οὐχ ὅτι πάσχων αὐτὸς διετέλουν εἰργόμενος, ἀλλὰ τοὺς τῆς ἐκκλησίας ὁρῶν ὑψουμένους χειμῶνας κατὰ τῶν θεῶν δογμάτων καὶ τὸ πλῆθος αἰεὶ ἐλανόμενον· καὶ τὸ μὲν δεσμούμενον, τὸ δ' ἐξόριστον γενόμενον· καὶ τὸ μὲν κάμπτον γόνυ τῷ Βααλ διὰ τὸ τοῦ λιμοῦ βίαιον καὶ τὴν τῶν οὐκείων ἀφαίρεσιν· ¹⁾ καὶ τὸ σῶζον ἦν οὐδαμοῦ. τηρικαῦτα μεστός γενόμενος λογισμῶν ἔνδακρός τε γεγένημαι, καὶ πολλὰ τῷ θεῷ προσευξάμενος καὶ καθίσας καπὶ τῆς δεξιᾶς ἐρείδας τὴν κεφαλὴν ὑπὸν λεπτῷ συνεσχέθην· καὶ μοι ἔδοξεν ὄναρ τῶν φίλων τις ἐπιστάς „χαῖρε” (φάσκειν), „καὶ μὴ ἀθύμει, θεὸν ὑπὲρ σὺ τοῖς ἀθλοῖς ἐγκαρτερεῖς τουτοῖσι κράτιστον ἔχων ἐπικουρον. ὄψει γὰρ οὐκ εἰς μακρὰν τουτουσι τοὺς τῆς εὐσεβείας διώκτας, οὐχ οἷα μόνον ὑμῖν ἐπήνεγκαν πάσχοντας τὰ δεινὰ, ἀλλὰ καὶ μακροῦ σχετλιάτερα. ἐκπολεμωθήσονται γὰρ κατ' ἀλλήλων, βασιλεὺς κατὰ πατριάρχου καὶ κατ' ἐπισκόπων· καὶ αὐ κατ' ἀλλήλων ἐπισκοποῖ· καὶ τοῖς ἀλλήλων ἀναθεματισμοῖς, καὶ τοῖς οὐκείοις, περιπεσοῦνται· καὶ ἐξωσθήσεται μὲν τῶν θρόνων ὁ πατριάρχης· ἀντισταθθήσεται δ' ἕτερος· καὶ μετ' ὀλίγον τὰ ὅμοια πέσειται καὶ αὐτός· καὶ ὁ βασιλεὺς τὴν βασιλείαν ἅμα ζημιώσεται σὺν ἀτιμίᾳ ποικίλῃ· καὶ πρό γε τούτων ὁ Παλαμᾶς τοῖς βαρβάροις ἀλώσεται, καὶ μὴ ὅτι τὰ ἔχθιστα, ὅτι μὴ καὶ τὰ αἰσχίστα πέσειται. οἱ δὲ πλείους τῶν ἐπισκόπων, σεισμῷ κλονηθείσης τῆς Ῥωμαίων γῆς βιαίῳ, αὐταῖς ἐπισκοπαῖς καὶ οἰκλαῖς συγχωσθήσονται, καὶ αὐτάνδροις φάναι ταῖς πόλεσι. καὶ τοῦτ' ἂν εἴη καθαιρέσεις ἐκ θεοῦ σφισι δίκαια, ἀνθ' ἃν αὐτοὶ καθεῖλον ἀδίκως ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγωνισαμένων ὀρθῶς ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων καὶ σοφῶν, καὶ ὅσοι ὁμότροποι τὴν εὐσέβειαν.” *At quoniam in multam noctem, ut vides, colloquium nostrum produximus, oportetque te custodibus nostris dormientibus domum abire; age, etiam de futuris pauca utcunque disseramus. Ea quippe nec te, nec eos, quos aditurus es, amicos nostros et laborum socios, ignorare aequum est, ne in incertum exitum intuentes ancipiti spe torqueamini. Cum ego iam in hunc carcerem coniectus forem, incidi in magnam tristitiam, ac dolore circumfusus sum animum meum vehementer pungente et excruciante; non quia ipse iniuriam paterer, in custodiam inclusus; sed quia adversus sacra Dei dogmata procellas alte assurgere ac multos quotidie vexari vide-*

1) Deest τὸ δὲ etc.

rem, et alios quidem vinculis coerceri, alios exulare; alios denique fame violenta et bonorum ademptione adigi ad genua flectendum coram idolo Baal; salus autem nulla appareret. His tum cogitationibus plenus illacrymavi, et multis precibus Deum oravi. Deinde cum resedissem, et capiti dextram supposuissem, levi somno correptus sum; ac mihi in somnis amicus quidam visus astare, et ave dicere, atque ut ne animum desponderem hortari. „Deum quippe,” inquit, „cuius causa hos labores fortiter toleras, potentissimum habes adiutorem. Itaque hos verae Fidei persecutores, non ea solum quae vobis intulerunt, sed longe graviora mala perferentes videbis non longo post. Nam et Imperator patriarchae et episcopis, et episcopi sibi invicem evadent inimici; utrique utrorumque anathematismis, et suis propriis, obnoxii tenebuntur. Sua sede exturbabitur patriarcha: in eius locum intrusus alius succedet: atque hic ipse mox similem fortunam experietur. Imperator vero et summa potestates excidit; et afficietur variis ignominis. Ante autem quam haec fiant Palamas, captus a barbaris, non modo acerbissima, sed et turpissima passurus est. Plerique item episcoporum, Romanis provinciis violento terrae motu concussis, cum ipsis episcopatibus et domibus et civium plenis urbibus, obruti sepelientur: eaque illis iusta sacerdotii abrogatio divinitus rependetur, eo quod ipsi episcopis et presbyteris, aliisque doctis et pari pietate insignibus viris, qui pro vera religione bonum certamen certaverant, suas dignitates abrogaverint.” Haec si, ut apud Philotheum extant, ita a Gregora antequam res evenissent pronunciata sunt (id quod creditu difficile immo prorsus incredibile est), eum oportet divinitus afflatum futura praescivisse¹⁾. Sin eventibus posteriora, perfecto iam operi ab ipso auctore assuta fuerunt, eum rursus necesse est, cum haec scriberet, simpliciorum hominum credulitati voluisse illudere. Porro hoc videtur ab ingenio et moribus eius viri alienum. Itaque istius fraudis crimen in Palamitas reiici fortasse aequius sit. Minime certe probabile est id Gregoram fecisse, quod ab aliis factum reprehenderit. Reprehendit autem in Historia²⁾ Isidorum patriarcham propriis somniis intentum atque ex iis futura augurantem: caeterorum Palamitarum visiones nocturnas Diabolo et crapulae ascribit³⁾: passim denique astrologos, hariolos, et eos qui divinandam artem quamlibet profiteantur, exagitat ac deridet⁴⁾.

Quo tempore et ubi et qua tandem morte Gregoras supremum diem clauserit, nondum mihi compertum est. Historia quidem eius Byzantina ad annum Christi MCCCCLIX. ineuntem pro-

- 1) Praedixerat Cantacuzeno unum ex eius liberis moriturum; coniectura scilicet, non divinatione. Vide Hist. lib. XVIII. c. 4. sect. 2.
 2) Hist. lib. XVIII. c. 1. 3) Lib. XXI. c. ult. Lib. XXV. c. ult.
 4) Lib. IX. c. 11. Lib. XIV. c. 8. etc.

greditur; atque hinc auctorem eo ipso anno decessisse credi possit: sed ea tantum coniectura est, non argumentum omnino certum. Neque vero deest suspicio, idcirco Gregoram ad annum Christi MCCCLIX. narrationem perduxisse, quo haeretici Palamae phrenesim et exitum ex hac vita foedissimum in fine operis describeret; ut quem virum capitali ira vivum persequuntur fuerat, in eius morte velut stadio decurso victor conquiesceret.

Ea fuit Palamitarum, inprimis Callisti patriarchae, inhumanitas, ut qui ab eorum communione separati vixissent, eos post mortem insepultos proiici iuberent, canibus et lupis praedae futuros ¹⁾. Quod si qui, communis naturae verecundia et miseratione permoti, illorum corpora humassent, novum crimen simili poena luebatur. Eam ignominiam Palamitae ²⁾ iampridem Nicephoro Gregorae denunciaverant ³⁾. Huic autem optatissimum id erat, ad martyrii palmam aspiranti. Itaque et hoc praeter alia Agathangelo praeceperat ⁴⁾, ut cum sese mortuum ferisque expositum conspecturus esset, omni prorsus cadaveris humandi cura et inani labore supersederet. Porro et Palamitarum minae et Gregorae vota hactenus rata fuerunt. *Spectandum illud corpus magni Fidei verae praeconis* (inquit Cyparissiotae ⁵⁾) *diu ludibrio habitum et circumlatum; eius nempe viri, quo nec inter philosophos quisquam excellentior, nec inter ascetas disciplinae observantior; nec in obeundis pro religione certaminibus, nec in iis quibus tentatores eum vexarunt persecutionibus, contumeliis, carcerisque angustiis tolerandis constantior fuit; admirandi inquam illius NICEPHORI GREGORAE, de quo per utramque appellationem nihil Deus aliud significavit, nisi eum animo vigili et expectato victorias ab hostibus veritatis reportaturum.* Hoc elogio mortuum Gregoram ornabat Ioannes Cyparissiotae; ex cuius grandi volumine *Παλαμικῶν παραβάσεων* libros duos selectos Latine vertit, et in lucem primus edidit, R. P. Franciscus Combefisius.

Gregorae vitia (neque enim eius scriptoris tam inepte sum fautor, ut nulla habuisse eum contendam) maxime conspicua haec fuerunt. Asper, austerus, pertinax, Principes aequae ac privatos linguae petulantia offendit: philosophus, animo haud imperavit: historicus, partium affectum non exiit: gloriae denique cupiditate et amore sui ipsius nimio laboravit. Plura in stilo reprehendenda; inprimis *κακοξηλλία*, seu ambitiosa elegantiae affectatio; poetica verborum luxuries; figurae insolentes; hyperbata; crebrae non modo verborum sed et sententiarum repetitiones. Quod si conferendum exemplum est, in libris eius-

- 1) Lib. XVIII. c. 1. 2) Lib. XXIV. 3) Ac ipsi etiam Ignatio, patriarchae Antiocheno. Vide Io. Cyparissiotam Palamitarum transgressionum Serm. IV. c. ult. 4) Histor. lib. XXVII. 5) Palam. transgress. Serm. IV. cap. 1.

dem argumenti historicis Cantacuzenus longe praestat. In Chronologia tamen Gregoras diligentior: immo apud Cantacuzenum fere nulla. Cantacuzenus quaedam videtur consulto omisisse, quae Gregoras haud praetermisit. Eiusmodi sunt ea quae hic narrat de Synadeni erga Andronicum seniore inhumanitate, de Ioannis Palaeologi natalibus, de legatis a Papa Constantinopolin missis, et alia innumera. Haec inquam omnia Gregoras, qui nec illatas a barbaris clades dissimulat. Catacuzenus vero nec de Nicomedia quidem aut de Nicaea ipsa amissa mentionem fecit. Hic solas quodammodo res Byzantinas, noster etiam externas Historia sua complexus est. Uterque igitur legendus et alter ex altero supplendus.

O P E R A.

Scriptis Gregoras permulta variae eruditionis opuscula, quorum pauca typis mandata; pleraque autem extant manuscripta in codicibus Vaticanis, Caesareis, Scorialensibus, Baroccianis, et aliis multis, ut Regios sileam: quaedam item videntur temporis longi iniuria intercidisse. Eorum fere omnium notitiam dabit index uberrimus, ex R. P. D. Bernardi ¹⁾ schedis, Roma ad nos transmissis, et ex variis codicum manuscriptorum catalogis concinnatus. Hunc tu quaeso indicem, *ΑΒΥΣ* nobilissime, quantumvis longum, totum oculis percurre. In tanta librorum copia, quot hic videbis enumeratos, erit credo aliquid quod ipso argumento placeat; quod amissum doleas; quod ex Bibliothecarum pulvere erui cupias. Erunt etiam aliqua fortasse, quorum iacturam facile feras. Mihi quidem librorum catalogos perlegisse hoc saepe iucundum fuit, quod ex iis intellexerim deesse mihi multa, vel inutilia, vel etiam mala.

De mensura Arcae Noë, ex Origene. Cod. Barocc. 48. 19.

Ex Prophetis maioribus et minoribus dicta excerpta, cum prologo et commentariis. Cod. Caesar. Vindobon. theolog. 174. Vide et indicem prologorum inter opuscula rhetorica.

Ἀρίστη ἐπιλογή θείων τινῶν βήσεων τοῦ μακαρίου καὶ γενναίου Ἰωβ, συμβαλλομένη παντὶ Χριστιανῷ εἰς ὠφέλειαν. Optimus delectus sacrarum quarundam sententiarum beati et fortis Iobi, cuius Christiano utilissimus. Initium, καὶ ἐγένετο ὡς ἡ ἡμέρα αὐτῆ, καὶ ἰδοὺ ἦλθον οἱ ἄγγελοι τοῦ θεοῦ παραστήναι ἐνώπιον τοῦ κυρίου. Cod. Caesar. Vindobon. theolog. 174.

Antirrhethici et Steliteutici priores. Scripserat Gregoras libros in Palamam Antirrhethicos, antequam ²⁾ Cantacuzenus im-

1) De Montfaucon.

2) Hoc est, ante annum MCCCXLVII.

perio potitus esset, ut ipse testatur, *Historiae libro xxv*¹⁾. Eos decem fuisse indicat hoc programma, codici Vaticano praefixum: *πίναξ τῶν ἐκλεγέντων ἐκ τῆς καθόλου ἱστορίας Ῥωμαϊκῆς λόγων τοῦ Γρηγοῦ, καὶ συντεθέντων ἐνταῦθα τοῖς ΠΟΤΕΡΟΙΣ αὐτοῦ ΔΕΚΑ*²⁾ *ANTIPPHTIKOIS*. Id est: *Index librorum Gregorae ex generali Historia Romana selectorum, et cum DECEM eius PRIORIBUS ANTIRRHETICIS hic coniunctorum*. At in Colvilliano Scorialensis Bibliothecae catalogo³⁾ (qui in Mediolanensi seu Ambrosiana extat manuscriptus) indicantur tantum tres Stelitentici in Palamam, cum selectis *Historiae Romanae decem libris coniuncti*, idque in duobus codicibus; quorum numeri sunt *V. H. 19. et I. A. 4.*

*Antirrhethici posteriores*⁴⁾. Scripsit Gregoras libros decem *Antirrhethicos* in Tomum Palamiticum, anno Christi MCCCXIII; quos statim post Tomum promulgatum minatus erat se editurum, ut constat ex his Agathangeli verbis⁵⁾: *πρὸς ἀπειλῆς ἀνήνεγκας σῆμα λόγοις ἀντιῤῥητικοῖς καταλύειν τὸν τόμον, ὃν αὐτοὶ νεωστὶ καὶ λάθρα συνθεῖναι τετολυμῆκεσαν*. Id est: *Minatus es, te eorum Tomum orationibus Antirrhethicis refutaturum; eum scilicet Tomum, quem novissime et clandestinè ii componere ausi fuissent*. In Colvilliano catalogo hi quoque *Antirrhethici* indicantur⁶⁾ (sed octo tantum) cum hac inscriptione: *λόγοι ἀντιῤῥητικοὶ κατὰ τοῦ Παλαμικοῦ τόμου*⁷⁾. *Orationes Antirrhethicae contra Tomum Palamiticum*. In hos posteriores *Antirrhethicos* Philotheus patriarcha libros duodecim edidit, qui extant in Bibliotheca Regia N. 1996.

Dialogus, cuius titulus: *Τίνα δῆποτε ἄρα θεὸς τὸν ἄνθρωπον τὴν ἀρχὴν ἐποίησεν, ἤτοι θνητὸν, ἤτοι ἀθάνατον*. *Quem initio Deus hominem creaverit, mortalemne, an immortalem*. Biblioth. Caesar. Vindobon. cod. theol. 174.

Quaestio soluta. Graece inscribitur, *ἐπιλυσις περὶ τοῦ τίνος χάριν ὁ ὕμνωδὸς ἐνδοξότεραν τῶν Σεραφίμ τὴν θεοτόκον ὕμνησας, διὰ τῆς προσθήκης αὐτῆς τοῦ, ΑΣΤΓΚΡΙΤΩΣ, ἀσύγκριτον τὸ συγκεκριμένον ἐποίησε καὶ πρὸς τίνα δὲ δόξαν ὁρῶν ταύτη τὸν ὕμνον ἐξῤῥήηνεν*. *Quare auctor Hymnodiarum, postquam Dei-*

1) Eorundem meminit Hist. lib. xviii. c. 7. s. 2. lib. xxiii. p. 697. lib. xxiv. p. 708. et 713. 2) Ita cod. Vaticani titulus. At illi libri in codice ipso desiderantur. 3) Cuius partem, ex ms. Bibliothecae Ambrosianae codice descriptam, communicavit mecum Fridericus Rostgardius. 4) De quibus supra diximus in Vita. 5) Quae apud Gregoram leguntur, Hist. lib. xv. 6) Cod. vi. E. 22. 7) *Ἀδίδιται, ὃ δὲ δεσμοφυλάκας ἐνταῦθα λαθῶν καὶ εἰσαλθῶν καὶ διαλεγόμενος ἀπὸ Ἀγαθᾶγγελος τῶν πάλαι φοιτητῶν καὶ φίλων ἐστὶν εἰς, περὶ οὗ κλειστερώς εἰρηται ἐν τῷ κδ λόγῳ τῆς ἱστορίας αὐτοῦ. Agathangelus autem ille, qui clam custodibus ingressus cum eo in his dialogis colloquitur, veterum discipulorum et amicorum unus est, de quo fusius disseruit Hist. lib. xxiv.*

bum construi oporteat. Catal. Morell. fol. 26. It. cod. reg. 2737.

Πῶς δεῖ κατασκευάζειν τὴν ἐν ἀστρολάβῳ ἀράχνην. *Quomodo Aranea in Astrolabo construenda sit.* Ibid. It. cod. reg. 2737.

Περὶ τῆς ἐν ἐπιπέδῳ καταγραφῆς τοῦ ἀστρολάβου, προομιακὸς λόγος πρὸς τινα φίλον ¹⁾. *De Astrolabi in plano delineatione, praefatio ad amicum.* Ibid. fol. 27. It. cod. reg. 2737. fol. 105.

Πρὸς τὸν σεβασμιώτατον Ἰωσήφ, περὶ τοῦ πάσχα, ἀπόδειξις ὅπως ἐσφάλη πρὸ χρόνων, καὶ ὅπως δεῖ ποιεῖσθαι τὴν τούτου διορθωσιν. *Ad reverend. Iosephum, de Paschate, ut iampridem in eo erratum sit, et quomodo corrigi debeat.* Initium, ἐπειδὴ μοι φίλος εἶ τῶν πάντων ²⁾. Extat in cod. Vat. 1086. fol. 75. et editus est Hist. Byz. lib. viii. cap. 13.

Ad eundem, ut videtur, de eodem argumento. Initium, αἱ δευτέραι πως φροντίδες, Εὐρυπίδης φησί που, σοφώτεραι. Cod. Vatic. 1086. fol. 79.

Τὸ διορθωθὲν πασχάλιον ἐπὶ Νικηφόρου φιλοσόφου τοῦ Γρηγορά, περὶ οὗ καὶ ὁ Ἄργυρος ἐν τῇ ᾠθησίῳ μεθόδῳ διαλαμβάνει. *Paschalion a Nicephoro Gregora Philosopho correctum; de quo Argyrus in methodo supra dicta ³⁾ loquitur.* Extat in Uranologio Petaviano. Vide et catalog. Morel. fol. 26.

Libri duodequadraginta Historiae Byzantinae; in quibus nonnulli mere dogmatici. Ex iis libri undecim priores editi saepius. Qua de re supra in praefatione.

Oratio encomiastica, prolisa et elegans, in Imperatorem Constantinum Magnum; dignissima (inquit Nesselius) ut supplemento corporis Historiae Byzantinae aliquando inseratur. Cod. Caesar. Hist. 104.

Ex Eusebii Historia Ecclesiastica. Cod. Caesar. theol. 174.

De vita et moribus et conflictu S. Patris Michaëlis Syncelli. Initium, νόμος οὗτος ἤνθησε πάλαι παρ' Ἑλλήσι, καὶ μέγα τῷ χρόνῳ τὸ κράτος εἰλήφει. Leo Allat. de Symeon. pag. 100.

Βίος καὶ πολιτεία τῆς ὁσίας Βασιλίσσης. *Vita et disciplina S. Basilissae, seu Reginae.* Initium, Νικομήδεια πόλις ἐστὶ περικρατής. Cod. Vatic. 1086. fol. 197. Adnotat R. P. D. Bernardus, eam Βασιλίσσαν virginem et martyrem fuisse.

Vita Ioannis, Heraclae Ponticae archiepiscopi, qui avunculus fuit auctoris. Indicatur ab ipso Gregora Hist. Byzant. lib. ix. cap. 7.

- 1) Recensetur a Ph. Labbe, in Bibliotheca nova, *Nicephorus in Ptolemaei libros, cum Aristoxeno et aliis.* Sed is, ut puto, Nicephorus Bryennius est, non Gregoras. 2) Item est initium dialogi, qui inscribitur *διάλογος δευτερος.* Vide Miscellaneorum indicem infra. 3) Nempe opusculum illud subiunctum est Isaaci Argyri libro.

Vita ¹⁾ *Antonii patriarchae Constantinopolitani, Cauleae dicti* ²⁾. Initium, εἰ δὲ καὶ θνητὴν φύσιν ³⁾ ὁ χρόνος, καὶ πάντων ἐστὶ πατὴρ, ὅποσα φθορὰ καὶ γένεσις βόσκει. Leo Allat. de Symeon. pag. 87.

Μαρτύριον τοῦ ἁγίου Κοδράτου τοῦ ἐν Κορίνθῳ τῆς Πελοποννήσου. Init., ἐμοὶ δὲ τὸν τοῦ ἁγίου Κοδράτου βίον διηγεῖσθαι προελομένῳ. Vide acta SS. Martii, Tom. II. ad diem 10. mensis. Vide et L. Allatii diatribam de Symeonum scriptis, p. 88.

Τεχνολογία γραμματικῆς. Ars grammatica. Indicatur a Morrello in catalogo Biblioth. Vatic. fol. 5.

Παρακολουθήματα καὶ ζητήματα γραμματικά ⁴⁾. *Enarrationes* ⁵⁾ *et quaestiones grammaticae.* Catalog. Morell. ibid.

Περὶ κανόνων ἀστασίας. De instabilitate regularum. Extat in cod. Reg. Fortasse ii sunt κανόνες ὀνομάτων, indicati a Morrello, fol. 5. catal. Bibl. Vat.

Περὶ ὀρθογραφίας ⁶⁾. Initium, τὸ ἄ δασύνεται, catal. Bibl. Barocc. N. 48.

Περὶ ἀντιστοίχων, seu de vocibus quae varie scriptae variae significant, ut ἄγνός, purus; ἄγνωσ, ignotus. Idem catal. ibid.

Μελέτη προεβουτικῆ. Declamatio legatorum. Initium, ὑμᾶς, ὧ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι. . . . Argumentum sumptum ex Thucydide. Lacedaemonii cum Thebanis Plataeam exercitu infesto petebant. Ad eos legati Plataenses veniunt, et ut ne bellum inferant petunt. Cod. Vat. 1086. fol. 167.

Συμβουλευτικὸς εἰς τὴν θείαν καὶ ἱερὰν σύνοδον. Suasoria ad sacrosanctam synodum. Initium, ἐμοὶ μὲν οὕτως ἔχειν πρὸς τὴν παρούσαν ἄμιλλαν. . . . Extat haec oratio in fine libri decimi Historiae Byzant. Extabat etiam in ms. cod. Vatic. 1086. Sed hodie supersunt tantum primi duo versiculi: caetera abscissa ⁷⁾.

Παραινετικὸς τῇ βασιλίῳ ἐξ αὐτοσχεδίου συντεθειμένος ἐπὶ τελευτῇ τοῦ Φιλαδελφείας κυροῦ Θεολήπτου. Ad Imperatricem de obitu Dom. Theolepti, Philadelphiae [episcopi], paraeneticus ex tempore compositus. Initium, βασίλισσα, τὸ μέγα ἐν γυναιξὶ καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα· βασίλισσα, τὸ ἱερὸν τοῦ Χριστοῦ κειμήλιον. Cod. Caesar. Vindobon. theolog. 174.

Ἐκφρασις τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ. Christi resurrectionis depictae narratio. Initium, πάνν μοι δοκεῖ τῶν ἀτοκωτάτων εἶναι, παῖδας μὲν Ἑλλήνων φιλοτιμείσθαι τῆς κακοδαίμονος αὐτῶν κλάνης ἑορτὰς τε καὶ θέατρα. . . Cod. Caesar. theol. 174.

Λόγος εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα Μερκούριον. Oratio in

- 1) Extat apud Bolland. ad diem 12. Febr. 2) Vossius de Histor. Graec. lib. II. cap. 26. auctori longe antiquiori tribuit. 3) An ἔχει? 4) Incertum an Gregorae. 5) An glossae? 6) Incertum an Gregorae. 7) Nempe eo quod haec oratio in Latinos scripta sit.

rationem de Susanna. Initium, οὐκ ἔμελλεν οἶμαι οὐδὲ τὸ τῶν γυναικῶν φύλον χωρὶς ὑποδείγματος. Cod. Caesar. theol. 174.

Πρόλογος ἐγκωμιαστικός εἰς τοὺς θεσπεσίους καὶ μακαρίους προφήτας, ἐπὶ τῇ κατ' ἡμῶν σὺν θεῷ φιλοπονηθείσῃ τῶν καιριωτάτων αὐτῶν δήσειον συλλογῇ, μετὰ τῆς προσηκούσης αὐταῖς ἐξηγήσειος. *Praefatio encomiastica de divinis et beatis prophetis, accommodata operi, in quo eorum dicta Deo iuvante collegimus, addita interpretatione convenienti.* Initium, πάντων μὲν ἐγὼ θεῶν λόγους ἀνδρῶν. Cod. Caesar. theol. 174.

Πρόλογος διὰ βραχέων ἐγκωμιαστικός εἰς τὸν Ὅμηρον, ὅπως τε καὶ μεθ' οἷας τῆς γνώμης τὰ κατὰ τὸν Ὀδυσσεῖα ἐπραγματεύσατο. *Praefatio brevis encomiastica de Homero, quomodo et quo consilio Odysseam composuerit.* Initium, ποιητὰ μὲν καὶ φῆτορες καὶ ὅσοι τὸν φιλόσοφον εἴλοντο βίον. Cod. Caesar. theol. 174.

Προοίμιον εἰς πατριαρχικὸν σιγίλλιον. *Exordium patriarchalis diplomatis* ¹⁾. Initium, εἰ δὲ καὶ πάντα μαραινεται. Cod. Vatic. 1086. fol. 211.

Aliud. Ibid. fol. 213. Initium, ἐπειδήπερ ἐν κρήσει.

Προοίμιον χρυσοβούλλου. *Exordium Bullae aureae.* Initium, πολλῶν ὄντων ὀπόσα τὴν β. Ibid. fol. 216.

Προοίμιον εἰς διαθήκην. *Exordium Testamenti.* Initium, γῆ δ' καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. Ibid. fol. 213.

Διαθήκη, ὡς ἀπὸ πατριάρχου Ἰωάννου τοῦ Γλυκέος τὰ ἔσχατα πνέοντος. *Testamentum tanquam patriarchae Ioannis Glyceos, extremum spiritum efflantis.* Initium, καὶ πᾶσι μὲν ἀνθρώποις θανάτου μεμνησθαι. Est exordium Testamenti, non Testamentum ipsum; et editum extat Hist. Byzant. lib. viii. cap. 2. Extat etiam in cod. Vatic. 1086. fol. 210.

Διαθήκη, ὡς ἀπὸ τινος μοναχοῦ. *Testamentum, tanquam alicuius monachi.* Initium, εἰ μὲν ἦσαν ἡμῶν αἱ ψυχαί.... Ibid. fol. 213.

Διαθήκη, ὡς ἀπὸ τοῦ Πελοποννησίου μεγάλου Πρωτοσυγκέλλου. *Testamentum, tanquam magni Protosyncelli Peloponnesii.* Initium, εἰ μὲν ἀθανάτων ὁ παρῶν ἐτύγγανε βίος. Ibidem.

Ὡς ἀπὸ τινος πρὸς τὸν βασιλέα ²⁾. *Tanquam alterius cuiuspiam, Imperatorem alloquentis.* Initium, πολλάκις αἰτήσεις καὶ πολλάκις . . . Cod. Vatic. 1086. fol. 213.

Ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ μεγαλωτάτου βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ Παλαιολόγου, seu τοῦ βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ γηραιοῦ. *In obitum maximi Imperatoris Andronici Palaeologi, senioris scilicet.* Initium, τὸ μὲν τῆς συμφορᾶς μέγεθος. Edita extat Hist. Byzant. lib. x. Extat etiam in cod. Vatic. 1086. item in cod. Colbert. 4950.

1) Bullae. 2) Incertum an epistola, an Testamenti exordium.

Ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ σοφωτάτου μεγάλου Λογοθέτου. *In obitum sapientissimi viri, magni Logothetae.* Initium, ἔμοι δὲ, ὃ παρόντες, αὐτόν τι. Edita extat eodem Hist. Byz. lib. Item in cod. Vatic. 1086. fol. 208. et in cod. Colb. 4950.

Εἰς τὸν βασιλέα νέον Ἀνδρόνικον. *In obitum Imperatoris Andronici iunioris.* Initium, ἡμεῖς δὲ, ὃ παρόντες, ἐπινικίους ᾄδειν. Edita est Hist. Byz. lib. xi. Extat etiam in cod. Vatic. 1086. fol. 188.

Ἐπὶ τῷ Χούμνῳ κυρῷ Ἰωάννῃ, ἀποτεταμένη πρὸς τὴν θειοτάτην βασίλισσαν, μετὰ βραχέως τινὸς παραινέσεως παραμυθουμένη τὸ ἄλγος. *In obitum Dom. Ioannis Chumni, ad divam Imperatricem* ¹⁾, *cuius dolorem haec monodia solatur, adiuncta brevi admonitione* ²⁾. Initium, ἀθλῆται μὲν καὶ πύκται καὶ σταδιοδρόμοι. Cod. Caesar. theolog. 174.

Ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ φιλιτάτου Καλλιέργου. *In obitum carissimi Calliergae.* Initium, ὃ Θεσσαλῶν πόλις, τίνα κατὰ Ῥωμαίων κοινῇ πρότερον, καὶ νῦν δὲ κατ' ἔμοῦ τὴν ἐχθρὰν ἀνῆρημένη. Eod. cod.

Παραμυθητικός εἰς τὸν βασιλέα, ἐπὶ τῷ θανάτῳ τῆς μητρὸς αὐτοῦ. *Ad Imperatorem consolatoria, de obitu matris.* Initium, σὲ δὲ, ὃ μέγιστε καὶ θειότατε βασιλεῦ, πολλάκις. Edita Hist. Byz. lib. x. cap. 6.

Ἐξηγήσεις τῶν εἰς τὸ γριφωδέστερον τοῖς παλαιοῖς ἐρῶμιμένων. *Eorum quae a veteribus obscurius dicta* ³⁾ *sunt, enarrationes.* Indicantur ab ipso Gregora Histor. lib. xviii. cap. 7. sect. 2.

Commentarius in librum Synesii de insomniis; cum praefatione ad magnum Logothetam. Extat ms. in codicibus Regiis; et in lucem editus est a Petavio cum operibus Synesii. Latinus vero interpres Pichonius Gregoram in libri inscriptione patriarcham Constantinopolitanum fecit.

Ἀντιλογία πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι οὐκ ἔστι ταπεινώσις ἐν ἀνθρώποις. *Adversus eos qui dicunt, humiliationem apud homines locum non habere.* Initium, ἔχω σοί τι διηγῆσασθαι, ὃ φίλε Δεμόκρατες. Cod. Vatic. 1086. fol. 49.

Φιλομαθῆς, ἢ περὶ ὕβριστῶν, διάλογος. *Philomathes, seu de contumeliosis, dialogus.* Initium, ἐπειδὴ μοι φίλος εἶ τῶν πάντων. Personae colloquentes, Aristobulus et Philomathes. Cod. Vatic. 1086. fol. 60. Fortasse is est dialogus indicatus in catalogo Morel. fol. 21.

Opusculum initio mutilum; cuius auctor narrat commissam versus Peloponnesum navalem pugnam; fratrem vero suum

1) Eulogiam, ut opinor: de qua Hist. Byz. lib. xxix. 2) Vel adhortatione. 3) *lacta Graec.* Sed legendum fortasse *εἰρημένων.*

vulneribus confossum et paucis post diebus extinctum lamentatur. Cod. Vatic. 1086¹⁾.

Codici Vaticano 1086. praefixus est hic titulus, τῶν τοῦ Νικηφόρου Γρηγοῦρα ποιημάτων βιβλίον δεύτερον. Ea inscriptione quidam decepti putaverunt, Gregorae poemata extare in Bibliotheca Vaticana. Sed eo loco ποιήματα non carmina significat, sed quaelibet scripta seu opera.

Versus paucissimos a Gregora conditos fuisse existimo²⁾. Extat in codice Vaticano 1086. fol. 46. post orationem εἰς τὴν ἀμυγδαλὴν iambicum de eadem arbore Decastichon. Initium, Ἀμυγδαλῆς ἦνθησεν ἡμῖν ἢ φράσις. Extat etiam Tetrastichon, in obitum Theodori Metochitae, initio codicis Regii 2541. et est minime modulatum.

Epistolae Gregorae, ordine alphabetico enumeratae:

ΑΙΓΕΛΩ. Initium, Οἱ τοῦ κομίζοντός σοι τὸ γράμμα γεννήτορες. Cod. Vatic. 1086. fol. 218.

Ἀγιωτάτοις τρισὶν τοῦ.....πρὸς οὓς ἔστειλε καὶ τὰ συγγράμματα αὐτοῦ. Initium, Τὸ τῆς φιλαλληλίας χρῆμα κἀν τοῖς.....memorat quosdam libros ab se conscriptos, iisdem missos. Cod. Vatic. fol. 92.

ΑΘΑΝΑΣΙΩ. [ἀγιωτάτω ΑΘΑΝΑΣΙΩ, τῷ ΠΑΛΛΙΟΛΟΓΩ.]

Σὲ δὲ θαυμάζειν οὐ χρεῖ. Cod. Vatic. fol. 91.

ΑΚΙΝΑΤΝΩ,

Ἐγένετό τις ἀνὴρ, Κλεόδημος ὄνομα. Familiaris. Cod. Vatic. fol. 120.

ΑΝΔΡΟΝΙΚΩ, τῷ ΖΑΡΙΔΗ.

Οἶμαι μὴ ἀνεγκλήτους καθάπαξ. De itinere, et quae in via sibi acciderint. Cod. Vatic. fol. 141.

Καὶ Πλάτων ὁ Ἀριστωνος οὐ μῖσς. Philologica. Cod. Vatic. fol. 168.

Εἶσιν οἱ σέ φασι, καὶ αὐτὰ δὴ ἤδη. Philologica. Cod. Vatic. fol. 172.

ΒΕΚΩ, [τῷ μεγάλῳ οἰκονόμῳ.]

Λόγος τοῦ Πυθαγορείου οὕτω τοι. Philosophica. Cod. Vatic. fol. 178.

ΓΑΒΡΑ,

Οἶσθα τὸν οὐ πρὸ πολλῶν. Cod. Caesar. theolog. 174.

Χθὲς τὴν τοῦ θεοῦ βιβλίον ἀνέχων ἐπὶ τῶν χειρῶν. Cod. Caesar. 174. fol. 15.

ΓΕΩΡΓΙΩ, [τῷ ΛΑΠΙΘΗ.] De ecclesia Constantinop. in errorem lapsa. Desideratur ea epistola, de qua Cantacuzenus Hist. lib. iv. c. 24.

ΓΑΑΒΑ, [τῷ μεγάλῳ διοικητῇ.]

Λέγεται πρὸς ἄλληλα στοιχεῖα συνθέσθαι. Philologica. Cod. Vatic. fol. 126.

1) Ante fol. 22. 2) Tamen ut poeta laudatur. Vide Elogia.

ΓΛΑΒΑ, [τῷ μητροπολίτῃ Θεσσαλονίκης.]

Οὐκ οἶδ' ὅ,τι τις ἂν ἐν τῷ βίῳ νουῦν ἔχων. Cod. Reg. 2257. fol. 265.

ΓΑΤΚΕΙ, [τῷ υἱῷ τοῦ πατριάρχου.]

Ἐμοὶ δὲ τοσοῦτον ὁ σὸς ἐντέτηκε πόθος. Familiaris. Cod. Vatic. fol. 175.

ΔΗΜΗΤΡΙΩ. [τῷ ΚΑΒΑΣΙΑ, κυρῷ ΔΗΜΗΤΡΙΩ.]

Ἐπειδὴ μοι γενναίε θαναμάζειν. Philolog. et Philosoph. C. V. f. 148. Vide et infra in K.

ΖΑΡΙΔΗ. Vide supra in **ΑΝΔΡΟΝΙΚΩ**.

Θείω. [τῷ θείῳ τοῦ βασιλέως.] Vide infra τῷ **ΦΛΑΝΘΡΩΠΗΝΩ**.

ΘΕΟΔΩΤΩ, [τῷ σοφῷ **ΘΕΟΔΩΤΩ**, τῷ μαγίστρῳ, εἰς τὴν Θεσσαλονίκην ¹⁾.]

Πολλοὶ μοι τὸν σὸν ἐμήνυσαν. Philologica. Cod. Vatic. fol. 108.

Πρότερον μὲν ἡμῖν ἐδέησε λόγων. Cod. Vatic. fol. 109.

ΙΩΣΗΦ [τῷ φιλοσοφωτάτῳ].

Ἀριστοτέλης ὁ Νικομάχου καὶ ὄσοι. Philosophica. Cod. Vatic. fol. 99.

Ἔσσι πόλις παράλιος Ἑλληνῆς Σινώπη. Philologica. Cod. Vatic. fol. 155.

ΚΑΒΑΣΙΑ.

Ἵσα μὲν δὴ ἔτετρα πρότριτα. Agit de scriptis suis Imperatori nuncupatis. Cod. Vatic. fol. 177.

Ἦκει τις ἡμῖν ἐκ βασιλέως πρότριτα σπουδῇ, τοὺς ἐμοὺς ἐξαιτούμενος λόγους. Eiusdem argumenti, brevissima. Cod. Vatic. fol. 178.

Τῷ καθολικῷ κριτῇ. Vide supra **ΑΓΓΕΛΩ**.

ΚΑΛΟΕΙΑ, [τῷ σεβαστῷ.]

Τὸν Πυθαγόραν ἐκείνον τὸν Σάμιον. Philologica. Cod. Vatic. fol. 94.

Τὴν ἀλώπεκα τοῖς λαγωῖς. Philologica. Cod. Vatic. fol. 204.

ΚΑΡΒΩΝΗ.

Ἵρῳῶν τοὺς πολλοὺς, ᾧ βέλτιστε, ταῖς. Philologica. Cod. Vatic. fol. 176.

Τῷ Κρήτης ²⁾.

Ἦ μὲν δὴ βιβλος. Cod. Caesar. theol. 174.

ΛΑΜΠΗΝΩ. [ἀμοβαία εἰς τὸν πρωτονοτάριον τὸν **ΛΑΜΠΗΝΩΝ**.]

Ἔθνος ἐστὶ Περσικόν. Philologica. Cod. Vatic. fol. 100.

ΛΑΠΙΘΗ. Vide supra in **ΓΕΩΡΓΙΩ**.

ΛΕΟΝΤΙΩ.

Τὴν μὲν Ἐπικτήτου κτήσιν κτήσασθαι. Philologica. Cod. Vatic. fol. 193.

1) Gregorae epistola una ad Theodulum edita est Gr. Lat. a Normanno inter opuscula Theoduli. Upsal. 1693. 4. 2) Supple, Μητροπολίτῃ.

ΛΕΠΕΝΤΡΗΝΩ.

Λυοῖν τῶν ἡγεμονικωτέρων οὐσῶν αἰσθήσεων. Philologica. Cod. Vatican. fol. 157.

ΛΟΥΚΙΤΗ, [τῷ πρωτοβεστιαρίῳ τῆς Τραπεζοῦντος.]

Παρακέθητό μοι τῶν ἔλλογίμων πολλοί Philologica. Cod. Vatican. fol. 110.

ΜΑΣΙΜΩ, [τῷ δσιατάτῳ καθηγουμένῳ τῆς μονῆς τοῦ Χορταίτου.]

Ὅψὲ καὶ μόλις ὥσπερ ἀπὸ βαθέος. Consolatoria. Cod. Vatican. fol. 121.

Ὅσα τῶν ἐν τῇ ψυχῇ γινομένων παθῶν. Consolatoria. Cod. Vatican. fol. 128.

Ἀλέξανδρον φασιν ἐκείνον τὸν Μακεδ. Cod. Vatican. fol. 140.

Θαλῆν τὸν Μιλήσιον ἔγραψε. Philologica. Cod. Vatican. fol. 145.

ΜΑΣΙΜΩ, [τῷ μαγίστρῳ.]

Πολλὰ κίς κατ' ἔμαντὸν ἐπῆει τεθναμακίτι. Familiaris et philologica. Cod. Vatican. fol. 126.

ΜΑΤΘΑΙΩ, [τῷ Ἐφέσου.]

Ἦρετό ποτε κολοῖδς ἀηδόνα. Philologica. Cod. Vatican. fol. 130.

Μεγάλῳ Διοικητῇ [τῷ ΓΛΑΒΑ]. Vide supra in Γ.**Μεγάλῳ Δομειστικῷ.**

Κύρος ἐκείνος ὁ Καμβύσου. Philologica. Cod. Vatican. fol. 84.

Αἰσώπου τοῦ Φρυγῶς οὐκ ὀλίγοι τὸν βίον. Philolog. Cod. Vatican. fol. 99.

Ἐπειδὴ σε προᾶξιν δρωμέν ἅπασαν. Philolog. Cod. Vatican. fol. 103.

Γινώσκοντες οἱ πολλοὶ με φιλοῦντα. Laudat bellicam eius virtutem. Cod. Vatican. fol. 107.

Οἱ πολλοὶ με τὰ μέγιστα δύνασθαι παρὰ σοί. Commendatitia. Cod. Vatican. fol. 190.

Ἐγὼ δὲ τὸν Ὀμηρικὸν Philolog. Cod. Vatican. fol. 219.

Μεγάλῳ Δρουγγαρίῳ.

Μακρὸς ἤδη ὁ χρόνος, ἐξότου σοί. Encomiastica. Cod. Vatican. fol. 111.

Ὅ μὲν κοινῇ τῇ τῶν ἀνθρώπων. Encomiastica. Ibid.

Ἐν πόθοις ἀνθρώπων ἐδούλευεν ᾄδης. Encomiastica. Cod. Vatican. fol. 113.

Μεγάλῳ Λογοθέτῃ.

Τὸν μὲν ἔμον εἰς τὸν ὀμῶννυμον ἔρωτα. Philolog. Cod. Vatican. fol. 125.

Τοὺς τῶν Αἰγυπτίων Τερογραμματα. Philolog. Cod. Vatican. fol. 164.

His addenda epistola παρακλητικῇ περὶ ἀστρονομίας, de qua supra in opusculis astronomicis. Cod. Vatican. fol. 123.

Μεγάλῳ Οἰκονόμῳ. Vide supra in BEKΩ.**Μεγάλῳ Ποιμμικηρίῳ.**

Πάλαι μὲν ἤνεγκεν ἡ τὰ μέγιστα πάλαι. Philolog. Cod. Vatican. fol. 162.

Μητροπολίτη Ἀπρω, περὶ τῶν ὑβρίζοντων τὴν ἀστρονομίαν. Vide supra inter astronomica.

Μητροπολίτη Θεσσαλονίκης. Vide supra in ΓΛΑΒΑ.

ΜΗΤΡΟΦΑΝΗ.

Ἀπαλλάξαντος Ἀλεξάνδρου πάλαι. Philologica, et de Imperatore carptim. Cod. Vatic. fol. 113 ¹⁾. et fol. 196.

ΠΑΛΛΑΙΟΛΟΓΩ. Vide supra in ΑΘΑΝΑΣΙΩ.

ΠΕΠΛΑΓΩΜΕΝΩ. [ΝΙΚΟΛΑΩ.]

Περὶ τῶν ἐλθουσῶν αὐτῷ τερατολογιῶν, τῶν μὲν ἄνωθεν, ἔκ Τραπεζοῦντος· τῶν δὲ κάτωθεν, ἐξ Ἰταλίας. Edita extat Hist. Byz. lib. ix. cap. 11. Extat etiam in cod. Vatic. fol. 17. Initium, Ὅποσα τῶν λεγομένων νοῦν ἡγεμόνα προβάλλεται.

Ὅσον εὐφραίνεις χαριζόμενος μὴ ζητοῦσι. Familiaris. Cod. Vatic. fol. 129.

Πρωτοβεστιαρίῳ.

Διὰ χρόνου σὰ πρὸς ἡμᾶς πέμπων γράμματα. Familiaris. Cod. Vatic. fol. 122.

Πρωτοβεστιαρίῳ [τῆς Τραπεζοῦντος, τῷ ΛΟΤΚΙΤΗ]. Vide supra in ΛΟΤΚΙΤΗ.

Πρωτονοταρίῳ. Vide supra in ΛΑΜΠΙΗΝΩ.

Πρωτοσεβάστῳ.

Σὺ δὲ, ὦ βέλτιστε, ταῦτόν ποιεῖς τὸν μὲν ὑβριστὴν . . . Philolog. Cod. Vat. fol. 81.

Τῷ Σακελλίῳ τῆς Θεσσαλονίκης.

Ἐγὼ δὲ σοὶ πλέον τῶν ἄλλων θαρρόησας. Familiaris. Cod. Vat. fol. 106. Manu recentiori.

Σεβαστῷ. Vide supra in ΚΑΛΟΕΙΛΑ.

Σοφωτάτῳ.

Τὸν Νικοκλέα φασὶν ἐκείνον τὸν Νεοκλέους. Philolog. Cod. Vat. fol. 193.

ΣΤΥΝΑΛΗΝΩ.

Ἔστι παλαιὰ παροιμία. Philolog. Cod. Vat. fol. 102.

ΣΥΓΤΗΡΙΩΤΗ. [τῷ πρωτονοταρίῳ Θεσσαλονίκης.]

Ἐξ ἡμισείας μοι φαίνη χρηστός. Cod. Reg. 2257. fol. 265.

Τῷ ἐπὶ τραπέζης.

Σὺ μὲν, ἄριστ' ἀνδρῶν, ἐγκωμοίς. Philolog. Cod. Vat. fol. 97.

Τῷ Ἐπάτῳ τῶν φιλοσόφων.

Εἰ σὺ μὲν ὁ τοσοῦτος ἐν ἀνθρώποις ἦρας.

ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΗΝΩ. [τῷ θεῷ τοῦ βασιλέως.]

Αὐτὰρ ἐμοὶ κραδίη καὶ θυμός ἐνὶ στήθεσσιν ἰάνθη ²⁾. Cod. Vat. fol. 84.

Τοῦτο ἐκείνο τοῦ Ξενοκράτους. Philolog. Cod. Vat. fol. 96.

Φιλοσοφωτάτῳ. Vide supra in ΙΩΣΗΦ.

1) Fol. 113. erasum nomen Metrophanis.

2) Laudat illum, quasi insulae alicuius servatorem. An Cretae?

ΧΡΥΣΟΛΩΡΑ.

Τὴν ¹⁾ μὲν παροιμίαν, αἰεὶ τι Λιβύη. De astronomia. Cod. Vat. fol. 190.

Extant praeterea epistolae aliquot ad anonymos scriptae. Earum haec sunt initia.

Ἄλλω μὲν ἴσως, πρὸς τὰς νῦν ἀποβλέψαντι τύχας. Brevissima. Philolog. Cod. Vat. fol. 154.

Εἰ ὅσα τῇ φύσει πρότερα. Philolog. Cod. Vat. fol. 105.

Ἐμοὶ δὲ εἴ τις φιλίαν οὔσαν. Philolog. Cod. Vat. fol. 95.

Ἐτέροις διδόναι τρουφῶν, ἡμῖν δ' ἀνθρακας τοὺς θησαυροὺς ἀποφαίνειν. Cod. Vat. fol. 195.

Ἴδού σοι καὶ ἕτερος ἦκει διάκονος. Cod. Vat. fol. 206.

Ὁ ἀριθμὸς τῶν στολιχῶν δυοῖν συνεχ. Cod. Vat. fol. 154.

Ὅλον εὐωδίας περὶ τὸν ἀέρα χεθείσης ²⁾. Cod. Vat. fol. 204.

Ὁ παρὼν οὔτος, ὥσπερ ἐφόκιον. Cod. Vat. fol. 206.

Ὅτι δὲ τῷ λαμπροτάτῳ τοῦ βασιλέως νύχ ³⁾. Cod. Vat. fol. 217.

Πένης ὁ παρὼν καὶ δυνάμενος. Brevissima. Cod. Vat. fol. 194.

Σὺ δ' ἐγγώριον οἶμαι τῇ διανοίᾳ. Philolog. Cod. Vat. fol. 98.

Τὸ μὲν πρὸς ἀνδρα. Cod. Caesar. 174.

Τὸ μὲν ὑπὲρ τοῦ παρόντος λέγειν. Breviss. Cod. Vat. fol. 206.

His addatur epistola, περὶ στρατηγοῦ τινος φαύλου, κακῶς τῆς ⁴⁾ πόλεως διατιθέντος. Cod. Caesar. theol. 174.

In eodem codice Caesareo extant epistolae duae, scriptae a Gregora; quarum Nesselius nec inscriptiones nec initia declaravit.

E L O G I A.

Incredibile dictu est, quam diversa fuerint de Nicephori Gregorae ingenio, doctrina et moribus iudicia eruditorum, qui vel aequales ei vel aetati eius suppare vixere. Alii enim ipsum immodice, ne dicam putide, laudarunt; alii contumeliose oblatrarunt. En Tibi, ΑΒΒΑΣ Nobilissime, utriusque generis elogia, eo ordine digesta, ut laudem reprehensio, adulationem obtrectatio excipiat et proxime subsequatur. Est itaque hoc quasi certamen de fama et existimatione Gregorae; cuius tu incorruptus et affectu vacuus iudex sedebis: quae pro eo, quae contra afferentur, alternis audies; ac demum variorum hominum suffragiis perpensis, sententiam feres quam aequissimam. Certe, qua perspicacitate es, facile secernes vera a falsis, et neutri, ut puto, nec adulatori nec obtrectatori assentieris.

1) Idem est initium atque orationis ab Irene Augusta habitae apud Matthaëum filium. Hist. Byz. lib. xvi. 2) Vide supra inter astronomica. 3) Significat se semper erga filium Imperatoris probe affectum fuisse: cuius rei signa erant tot proemia operum suorum, eisdem nuncupata. 4) Legendum τὰ τῆς π.

Caeterum (ne vulgaria et de medio sumpta proponi tibi indignere) quidquid hic testimoniorum congestum vides, id fere omne vel ex codicibus mss. depromptum, vel ex libris minus obvis excerptum scias.

I. Γεωργίου τοῦ Λαπίθου ¹⁾ ἐκ Κύπρου εἰς Νικηφόρον τὸν Γρηγορᾶν ²⁾.

Τὰς τῶν σωμάτων ἐνεργείας, ὅσῳ ἂν μείζονος ᾖσι τὰ ἐνεργούντα δυνάμει, τοσοῦτῳ περαιτέρω γ' ἐπικνεῖσθαι φυσικῶν ἀποφαίνονται παιδεῖς. οὐκ οὖν θαυμάζειν χρεῶν, ᾧ φίλη μοι καὶ πόθῳθεν κεφαλῇ, εἰ τηλικούτος ᾦν ἐκεῖθεν ἡμᾶς ἀκτινοβολεῖς. φήμη γὰρ, ἣν θεὸν ἄδουσι ποιηταί, καὶ περαιτέρω γε ἡμῶν σὲ διαπορθεμεῖν πειρᾶται· κἄν αὐτὴν ἀφίκετο τὴν Ἰνδῶν, εἰ μὴ τὸ βάρος ἔθνος ἀνεπιτηδεϊότητι σφῶν αὐτῶν διέκοψε τὰς τῆς φήμης αὐτάς. ὕμνει μὲν οὖν ἡ φήμη σε, βέλτιστε, πολὺν μὲν ἐν γραμματικαῖς ἀκριβείαις, μείζονα δὲ ἐν ῥητορικαῖς εὐροίαις καὶ χάρισιν, οὐκ ὀλίγον δ' ἐν λογικαῖς στροφαῖς καὶ κομψαῖς· ἃς δὴ πλοκάς συλλογιστικὰς, ὀρθὰς τε καὶ διεστραμμένας, ὁ νουνεχῆς Ἀριστοτέλης σοφῶς μεμηχάνηται, ἣ τάληθέστερον φάναί, τῷ βαθεῖ κεκαλυμμένας τῆς φύσεως σκέμμασι καὶ ταῖς ὑπὲρ τοῦτο τοῦ ὄντος, ἣ ὄν, ἐποπτεῖαις καὶ καταλήψεις· κἄθ' οὕτω καὶ οἶα δὴ τιμὴ πολυτίμῳ στεφάνῳ ταῖς μαθηματικαῖς αἰεὶ κοσμεῖ τῶν ἐπιστημῶν, κατ' ἐξαιρετον μέντοι τῇ κορωνίδι τούτων, ἣ τὰς τῶν ἀεικινήτων σωμάτων κινήσεις τε καὶ δυνάμεις εἰδέναι μέλει. ταῦτα μὲν ἡ φήμη, ἣ θέμις οὐκ ἀπιστεῖν. σὺ δ' ᾧ θαυμάσιε, τέμενος ἱερὸν ὄλου τοῦ τῶν μουσῶν χοροῦ τὴν σεαυτοῦ ψυχὴν εἰργασμένος, εὐδαιμονεῖν ἔχεις τῇ μακαριότητι τῶν νοήσεων. ἐπεὶ δὲ ψυχὴν τοῖς θεοῖς εἶδαι μορφωθείσαν (τοῦτο γὰρ ἡ ἐπιστήμη) πολὺ πρότερον εἰκὸς καὶ τὴν ἔφασιν ἡγαθύνθαι (τοῦτο γὰρ πάντως τοῦ πρωτοτύπου ἐκμάττεται, ἡκιστα πιστευομένου ἀγαθοῦ τινος μετασχέιν τοῦ βασκανίαν νοσοῦντος) ὁμοίους σεαυτῷ, ὅσους οἷόν τε ποιεῖν ἐκάστοτε, ἐν μεγίστῃ σοι γενέσθαι σπουδῇ, ἣ ταῦτα μὲν βέλτιος ³⁾ αὐτὸς πάντως φιλοσοφεῖς, τοῦ εὐ πάσχειν τὸ ποιεῖν τιθεῖς ἄμεινον καὶ θειώτερον. ἐμοὶ δὲ γε τῆς σῆς ὡς οἷόν τε ἐφιγμένῳ ⁴⁾ πληρότητος, ὥσπερ τὴν ὕλην φασὶ τοῦ εἶδους, ἀξίωσον ἀποκρίνασθαι βραχέα ταυτὶ· διαποιῶν κανόνων τὰς ψηφηφορίας περαίνεις· τίνας τε καὶ πηλικά εἰλημμένας λαμβάνεις ἐποχὰς, καὶ πόσος δ' ἐκ τῶν ἐποχῶν εἰς τὸ παρὸν χρόνος. οὐ γὰρ οἶμαι σε χρῆσθαι τοῖς Πτολεμαϊκοῖς, τῷ τοῦ χρόνου πλήθει τῆς ἀκριβείας, ἐκπίπτουσιν· ἔτι δὲ τὰς τῶν ἀποτελεσμάτων κρίσεις τίνι πιστεύων ἐκτίθησι ⁵⁾ πρότερον Πτολεμαῖῳ μόνῳ, ἣ καὶ τῶν ἄλλων. Ἴταλοί γὰρ, οἷς ἐλάχομεν συν-

1) De Georgio Lapitha vide quae Leo Allatius scripsit in diatriba de Georgiis. 2) Epistola descripta ex cod. Vatic. 1086. manu R. P. D. Bernardi de Montfaucon. 3) An βέλτιον αὐτὸς παντός? 4) An ἐφιγμένῳ? 5) Lego ἐκτίθης, πότερον.

οικεῖν, καὶ κατ' ἄμφω τὰ μέρη, τὸ θεωρητικὸν φημι καὶ τὸ πρα-
 πτικόν, ἐλάχιστα τῷ Πτολεμαίῳ χρώμενοι τῷ ¹⁾ πλείω τοῖς νεωτέ-
 ροις πιστεύουσιν· οὐ γὰρ τοῖς Ἀράβικοις μόνοις ἀρκοῦντες ²⁾
 κανόνει, ἐκ τοῦ Μωαμέθ ἠργμένοις, ἀλλὰ πολλοῖς καὶ ἄλλοις προσ-
 χρωῶνται. ταῦτά τε οὖν σαφῶς ἐκδίδαξον, καὶ εἶπερ οἶόν τε τοὺς
 τῆς ψηφορίας κανόνας (οὕτω δὲ τὰ παραγγέλματα τοῦ ψηφηφορεῖν
 καλοῦσι Λατίνοι) κέλευσον μετεγγραφέντας σταλῆναι μοι, ὡς ἂν
 ἔχω τούτους τοῖς ἐκείνων παραβαλεῖν. ἡμεῖς γὰρ ἄκρω τὸ τοῦ λό-
 γου γεγευμένοι δακτύλῳ τῆς κλεινῆς ἐπιστήμης φλεγόμεθα μὲν
 πλειονος ἐφιέμενοι· τῷ γε μὴν ἀπορεῖν βιβλίων, ἐκκρουόμεθα τοῦ
 σκοποῦ. ἐπεὶ οὖν ἔγνωσ, ὡς θαυμάσιε, τὰ κατ' ἐμὲ, καὶ ὅτου δεοί-
 μην ἀκριβῶς οἶσθα δῆπουθεν. σὸν τοίνυν ἔργον ἤδη, ὅτι καὶ δύ-
 ναι βοηθεῖν οὕτω πόδῳ γε ἰδρυμένῳ, ἐπεὶ τοῖς τε ³⁾ συμπολί-
 ταις πρὸς ἅπαν ἀρκεῖς. ἐβρωμένος διαβιώης, ὁ τῆς Ἑλλάδος
 ὀξυδορκῆς ⁴⁾ ὀφθαλμός, ὁσήμεραι τοῖς ὑψηλοτέροις προβαίωνων, καὶ
 τοὺς κάτω κειμένους πρὸς σεαυτὸν ἐφελκόμενος.

Georgius Lapithes Nicephoro Gregorae; ex Cypro.

Aiunt physici corporum impressiones eo ulterius progredi,
 quo ea, quae vim imprimunt, maiorem in se virtutem habent.
 Itaque nil mirum (o mihi, etiam istinc procul, dilectum caput),
 quod cum tantus ipse sis, inde usque nos irradies. Etenim fama,
 quam poëtae Deam fingunt, ultra nos quoque conatur te prove-
 here; ac in ipsam Indiam penetraret, nisi gens barbara importu-
 nitate sua illius voces frangeret ac retunderet. Porro te fama,
 vir optime, accurata grammaticorum arte praestantem, dicendi
 copia et elegantia praestantiorum canit: in dialecticis captioni-
 bus et argutiis (artificiosas dico argumentationes, quas ingenio-
 sus Aristoteles rectas et his diversas acute excogitavit, aut, ut
 verius dicam, profundo naturae sinu abditas investigavit et in
 apertum protulit), in iis inquam fama te non mediocre praedi-
 cat. Eadem in cognoscendis rebus naturalibus, et (quod maius)
 in eo quod est, quatenus est, contemplando et comprehendendo
 sagacem clamat: denique, velut pretiosissima corona, scientiis
 ornat mathematicis; ea praesertim, quae est omnium apex, in-
 tenta nempe explicandis motibus et virtutibus corporum perpe-
 tuo motu agitatorum. Haec de te quidem fama, cui fas credere
 est. At tu, vir admirande, quando effecisti ut mens tua toti Mū-
 sarum choro velut templum pateret, cogitationibus tuis beatus,
 habes unde sis felix. Quoniam tamen animo, divinis speciebus
 informato, id quod scientia est, multo prius voluntatem rectam
 accessisse par est arbitrari (nam ea est plane expressa prototypi
 virtus, nec boni ullius particeps quisquam esse creditur, qui in-
 vidia laboret), in id te summo studio oportet incumbere, ut si-

1) τὰ. 2) Fort. ἀρκοῦνται. 3) γε. 4) ὀξυδορκῆς.

miles tui quam plurimos quotidie efficias. Atque hoc tu melius ipse quam alius quisquam philosopharis, cum benefacere quam affici beneficio praestantius diviniusque esse statuis. Mihi autem, qui earum rerum quibus abundas ita sum appetens, ut formae materia, ne graveris quaeso respondere pauca haec interroganti: quarum tabularum ope numeros astronomicos computare soles; quaenam a te ponantur epochae, et quando eae primum positae fuerint: quantum ab illis epochis ad hunc diem usque tempus fluxerit. Neque enim puto te uti Ptolemaicis, quae exactam veritatem longo tempore amiserunt. Item cui auctori credas in iudiciis astrologicis, Ptolemaeone soli, an et alii cuiquam. Nam Itali, quibuscum nobis sedes communis obtigit, neutra in parte, nec in speculatione, nec in praxi, Ptolemaeum ducem sequuntur; sed recentioribus ut plurimum adhaerescunt: nec contenti tabulis, quae a Mohammede initium ducunt, multis praeterea aliis utuntur. Haec tu fac certo sciam: ac si fieri potest, etiam Psephoriae regulas ¹⁾ (ita Latini vocant praecepta computandi) iube ad me transcriptas mitti, ut istas possim cum illorum regulis conferre. Scilicet nos, qui praeclaram scientiam extremo, ut aiunt, digito delibatam gustavimus, incendimur quidem desiderio plura discendi; at quia libris caremus, ideo inde repellimur, quo aspiramus. Itaque, vir praestantissime, quae sint mea studia intelligis, atque adeo quid sit quo indigeam explore cognoscis. Tuum est igitur, quod in te erit, mihi, qui remotissimus dego, opem ferre; quandoquidem ad omnia civibus tuis unus sufficis. Vive et vale, Graeciae lumen clarissimum; altius quotidie progredere, et eos qui infra iacent ad te ipsum attrahe.

II. Κατὰ τῶν τοῦ Γρηγοῦ ἀληθειῶν ²⁾).

Ὁ δὲ σοφώτατος Γρηγοῦς, ὥσπερ οὐκ ἀρκούντων αὐτῷ τῶν Βυζαντιῶν εἰς θαῦμα, καὶ Θεσσαλονικίας ἐνάγει πρὸς τοὺς ὕμνους τοὺς ἐαυτοῦ, γράμματα πέμπων καὶ προσκυνεῖν μονοноῦ κελεύων, ἄνδρας ἐλευθέρους καὶ μηδὲν εἰδότες ἢ λέγειν ἢ πράττειν πρὸς ἡδονὴν οὐδενί Θαυμάζω δὲ πρῶτον, εἰ τὴν γλωττίαν ἠγνόησε τοῦ θαυμαστοῦ Θεσσαλονικίης, καὶ τὸ παρ' ἐκείνης κατ' αὐτοῦ πῦρ· ἔπειτα εἰ προσεδόκησε παρὰ Θεσσαλονικίων καλῶς ἀκοῦσαι· οἱ φανότατον τε αὐτόν, οὐκ οἶδ' ὅπως, πάλαι ἠγούντο τὴν εἰς λόγους δύναμιν, ἣν ἐπαγγέλλεται τοσοῦτον ἤδη χρόνον· καὶ νῦν περὶ τὸν θεόν, ἀσεβῆ Καὶ τὸ σύνταγμα πολλήν τινα καταψήφίζεται ζάλην τῆς τεκούσης κεφαλῆς, καὶ οἶον δεῖξαι ἱκανῶς τὸν πατέρα, θερμὸν δὲ κινήσαι γέλωτα. πρῶτον μὲν γὰρ καὶ αὐτὸ τοῦνομα τοῦ συγγράμματος ἀγνοεῖται, καὶ ὅ,τι δεῖ καλεῖν οὐκ ἔχομεν, ὥσπερ τῶν παρὰ φύσιν γεννωμένων Ἐπειτα καὶ εἰ τις ἀνάσχοιτο κατὰ

1) Ex Graeco ψηφφορία. Atque hinc fortasse Siphra seu Ciphra.

2) Vide opuscula Nicolai Cabasilae, cod. Reg. 2965. fol. 232.

μέρος ἐπελθεῖν, τὸ Ἀριστοφάνους ἐκείνο βοήσει· ὅτε μοι λεκά-
νην, ἔν' ἐμέσω. τοσαύτης γέμει τῆς ἀηδίας· καὶ οὕτω παντοδαπὴ
τίς ἐστι καὶ ποικίλη κακῶν φορὰ Ἐρωτᾷ δὲ πάνυ ἀγροίκως,
ἀφανίζων τὸν περὶ ταῦτα κόσμον, καὶ οὐκ ᾔδεδόθη τὴν ἐπανυμίαν,
ἧς κοινώνει τοῖς φιλοσόφοις Ἀλλὰ τάλλα μιμησάμενος Πλά-
τωνα, ὅτι τε διαλόγους τὰ συγγράμματα καλεῖ, καὶ ὅτι τὸ, ᾧ ἔταίρε,
καὶ τὸ, μάλα μόλις, καὶ τὸ, οὐχ ἔπη ᾧ ἔταίρε, καὶ τὰ τοιαῦτα συν-
εἶρει, τοῦτο μόνον οὐκ ἐμιμήσατο Τὰ λήμματα δὲ γενναῖα,
καὶ ὅλα σιωπὴν ἐπενέγκαι τῷ Παλαμᾷ. λοιδορία γὰρ ἕκαστον μα-
κρὰ τις καὶ παντοδαπὴ καὶ τῆς διανοίας ἀξία τοῦ φιλοσόφου· ὃς
εἰδέναι μὲν ἐπαγγέλλεται τὰ τ' ὄντα, τὰ τ' ἐσόμενα, πρὸ τ' ἔοντα.
καὶ γὰρ καὶ χρησμολόγος τις εἶναι βούλεται δοκεῖν, καὶ Χαλδαϊκὰ
τινα συνείρει, καὶ μύθους καὶ ἐπωδᾶς πανταχοῦ καταχεῖ τῶν λό-
γων. ὁ τοίνυν πᾶν μέρος λόγου συναγαγὼν ἠγνόησεν ὅτι καλοῦσιν
οἱ ἀποδεικνύοντες λήμμα, ἂν τε λογικῶς ἂν τε μαθηματικῶς ἀπο-
δείξει δέη· ἀλλὰ τὴν λοιδορίαν λήμμα ἐκάλεσεν Καὶ ἀστρο-
νομῶν, ἐν γλώσση μὲν οὐδὲν φέρει τῆς ἐπιστήμης· σφαιρῶν δὲ
ἐμπλήρησι τὴν οἰκίαν· καὶ πάντα βιβλίων γέμει καὶ διαγραμμάτων·
καὶ σκίμποδας καὶ ὀρόφους μεστούς ἐπιδεικνυσι τῆς σοφίας, καὶ
πάντα μᾶλλον ἢ τὴν ψυχὴν Οὐ τοῦτο τοίνυν θαυμάζω τὸν
ἄνθρωπον· ἀλλ' ἀνθ' ὧν ἐδυνήθη, τὰ μὲν διδάσκων, τὰ δὲ μαν-
θάνων, ἐν τοσούτῳ πελάγει καὶ χρόνου καὶ λόγων, τὴν ψυχὴν ἀμα-
θῆ διατηρῆσαι· καθάπερ τοὺς θαυματοποιοὺς θαυμάζομεν, ἀπα-
θεῖς κακῶν καὶ πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ ξίφη διερχομένους.

In Gregorae deliramenta.

At Gregoras, vir scilicet sapientissimus, ac si ei satis non sit Byzantios in sui admirationem convertisse, ipsos quoque Thessalonicensis, datis litteris, in suas laudes cogit, et adorari se tantum non iubet; nempe ab hominibus liberis, qui nihil ad cuiusquam gratiam aucupandam seu dicere seu facere didicerunt, etc. Primum illum miror, quod admirandi Thessalonicensium antistitis linguam et ignem in se inde erumpentem ignoraverit: tum etiam, quod se a Thessalonicensibus bene auditurum sperarit, qui et olim nescio quo fato vilissimum eum habuerunt, quod ad dicendi facultatem attineret, quam tanto iam tempore profitetur: et eundem nunc de Deo male et impie sentire credunt, etc. Ac liber quidem ipse parentis sui caput magna quadam et turbidissima procella agitatum arguit, adeo ut illum cuius foetus est satis declaret, et risum vehementem moveat. Nam primo eiusce operis nomen incertum est, nec ullum suppetit quod ei conveniat, ut nec iis quae praeter naturam gignuntur, etc. Deinde singulas libri partes legere si quis est qui sustineat, is illud Aristophanis exclamabit, *date pelvim, ut vomam*: tanta abundat insulitas; adeo multiplex et varia inest malarum rerum colluvio, etc. Est autem in interrogando omnino agrestis, et probatum hac in re le-

gitimumque morem sustulit; nec eum subiit reverentia eius nominis, quod cum philosophis commune habet, etc. Enimvero caetera Platonem imitatus, eo videlicet quod dialogos vocet ea quae scribit, et quod illa [Platoni familiaria] ὡς ἑταίρε, μάλα μόλις, οὐχ ἔπη ὡς ἑταίρε, aliaque eius generis subinde assuta repetat, hoc solo haud imitatus est, etc. Iam vero lemmata egregia atque eiusmodi sunt, ut Palamae silentium imponant. Est enim unumquodque lemma atrox et multiplex convitium; dignum scilicet ingenio et mente philosophi, qui se et praesentia, et futura, et praeterita scire gloriatur. Quippe et vaticinator videri vult; et Chaldaica quaedam annectit, et fabellas, et carmina magica orationibus suis passim aspergit. Itaque hic qui singula dicendi genera collegit, id quod ab argumentantibus (sive logica sive mathematica demonstratione opus sit) lemma dicitur, quodnam esset nescivit, et quod convitium erat, lemma id vocavit, etc. Idem cum re astronomicas tractat, non ore et lingua scientiam praefert; at sphaeris domum implet: omnia ei libris et figuris delineatis referta sunt: grabata ipsa et tectorum fastigia doctrinae plena ostentat, quidvis denique potius quam ingenium, etc. Hominem itaque non ea re admiror; sed quod potuerit, cum docendo, tum discendo, in tanto temporis et [perpetuarum] dicendi exercitiorum curriculo, rudem et imperitum animum servare; itidem ut praestigiatores admiramur, igneam, undas, gladios, impune pertranseuntes.

III. Τοῦ Λαμπηνοῦ Ταρχανειώτου εἰς τὸν Γρηγορᾶν 1).

Εἶτ' ἐς ἄγαλμα μὲν ἂν τις βλέψας εὐφωῶς τῆς τέχνης ἔχων οὐκ ἂν δήπου ῥαδίως ἀποσταλῆ ὅτι μὴ σὺν ἀηδία, ἀλλ' ἀκροέστας ἔξει τῆς ἀπὸ τοῦ βλέπειν ἠδονῆς· τοὺς δὲ τοῖς σοῖς λόγοις ὅλον ἐμπύχοις ἀγάμασιν ἐνατενίζοντας ἔστι κόρον τοῦ κάλλους λαβεῖν, ἢ θάττον ἀπὸ τούτων ἀναχωρεῖν, ἢ τοὺς τῆς διανοίας ὀφθαλμοὺς ἐστιᾶ τε καὶ τέρπει, οὐκ ἂν οἶμαι τινα φάναι ῥαδίως τῶν εἰδόντων λογίζεσθαι. ἐγὼ γοῦν ὀπηνίκα τὴν μεγάλην οἰκῶν ἐτύγγανον πόλιν, τὰ σά θαναμάζων οὐ διελίπον ἀγωνίσματα, καὶ τὰς τῆς σῆς φύσεως γοὰς ἦν οὐδεὶς τῶν ἰλλογίμων, ὃς οὐ συνῆδει μοι κροτοῦντι καὶ δι' εὐφῆμον μνήμης αὐτὰς τιθεμένῳ. νυνὶ δ' ἔτι μᾶλλον ἐπήρθησιν τοῖς βιβλίοις, ἢ τῆτες ἐξήνεγκας μετὰ πλείστους πρότερον καὶ γενναίους λόγους, καὶ κατ' οὐδὲν τῶν Πλάτωνος ἀποδέοντας, ὅσα γ' εἰς ἡθους σεμνότητα, ἀξίωμα νοῦ, καὶ μεγαληγορίαν, καὶ εἴ τι ἄλλο τὴν Πλατωνικὴν ἰδέαν χαρακτηρίζει. τοῖς γὰρ δὴ σχήμασι καὶ τῇ συνθήκῃ καὶ εὐρυθμίᾳ τῶν λέξεων καὶ εὐγλωττίᾳ καὶ ῥητορικῇ πιθανότητι εἰς ἴσον τοῖς τῷ ῥητορικῆς προΐσταμένῳ πεποημένοις ἀφίκοντο. τοῖς σὺν τοιοῦτοις λόγοις καὶ τοῖς περὶ τοῦ γενναίου Δημητρίου, καὶ τῆς λόγους ἀπορρήτοις θεῶν τετοκυίας συν-

1) Descripta ex cod. Vaticano, manu R. P. D. Bernardi.

ἄσπας ἐπαίνοις, πῶς οἶει τοὺς φιλοκάλους διέθηκας ἐν τοῖς περὶ
 σαυτοῦ· ὧν τοὺς ἐνθάδε πρῶτος αὐτὸς καὶ μόνος συνεπήρα τῷ
 θαύματι. καὶ εἰ χρὴ καὶ τοῦτ' εἰπεῖν, νῦν μᾶλλον ἢ πρότερον τὸ
 τῆς σῆς φύσεως διεδείχθη μέγεθος. τὴν γὰρ τοῖς συντάγμασι τοῖς
 σοῖς ἐγκεκρυμμένην σοφίαν, τοῦτο μὲν καὶ τοῖς πλειοσιν ἀγνοου-
 μένην, τοῦτο δὲ καὶ τοῖς ὀπωσοῦν συνεισὶν ἐπίτηδες φθονουμένην,
 ὡς ἐνῆν ἡμεῖς ἀναπτύξαντες καὶ τοὺς φθονοῦντας ἐπεστομίσασαμεν,
 καὶ συμπήφους ἡμῖν αὐτοῖς ἐπ' ἐκείνους ἔσομεν μάλα συχνούς·
 ὡς ἐγώ σε μὴ ὅτι τῶν ἐφ' ἡμῶν ἀπάντων ὑπεραιρεῖν ἠγοῦμαι σοφῶν·
 οὐδὲ τῶν ὀλίγων πρότερον γεγονότων, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν ἐπὶ τῶν
 ἄνω χρόνων· ὧν αἱ βίβλοι τὰ γενναίων μνημεῖα φύσεων. ὅτι δ'
 οὐ λόγος ἄλλως τοῦτι, οὐδὲ πρὸς χάριν ἠντινοῦν λέγοντος, εὐ μάλα
 δεικνυταὶ πολλαχῆ μὲν καὶ ἄλλῃ, καὶ οἷς δὲ δήπου μέλλω λέγειν
 αὐτίκα. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι ἄλλα τοῦ βίου προεστήσαντο σοφίας εἶδη
 καὶ σπουδάσματα, ὡς ἕκαστος ἠβουλήθη τε καὶ προείλετο, ἢ μάλ-
 λον ἐρεῖν φύσεως εἶχε· καὶ περὶ ταῦτα διενεγκόντες τε καὶ ἀνύ-
 σαντες οὕτω τοὺς ἐφ' ὁμοίοις κατατετριφότας ἀγωνίσασιν ἔδοξαν
 νενικηκέναι. σὺ δὲ πρὸς οὐδὲν ἀποπέφυκας, οὐδ' ἔστιν ᾧ μὴ προσ-
 ἐνιμας σαυτὸν, οὐδ' ἦνυσας ἀριστα· ἀλλὰ τὰ πάντα μετιῶν, ὡς
 ἔν τῶν πάντων οὐδεῖς, ἐπίδηλον σαυτοῦ τε κἀκείνων ἐποίησας δια-
 φοράν. περὶ ἃ γὰρ ἑκάστοις ἐξαιρέτως διεσπούδασαι κατὰ μέρος,
 ἔστι μὲν οὐς παρήνεγκας, ἔστι δ' οἷς ἐφάμιλλον κατέστης, καὶ τῶν
 ἄκρων οὐδαμοῦ ἀπολέλειψαι· ἀλλ' ὡς ἀπλῶς εἶπεῖν καὶ τῷ γι-
 γνομένῳ καὶ τούτους παρήλθες, οἷς ὅτι τὰ πλείστα τῆς πολυειδοῦς
 σοφίας ἐκείνοις¹⁾ παρείται. σὺ δὲ σύμπασαν ἀθρόον ἐξηρευνήσω·
 καὶ ἀπὸ πάντων τῶν ταύτης εἰδῶν καρπούς γενναίους ἐνηνοχας,
 καὶ ἀπὸ πάντων γνωρίζῃ καὶ προσαγορεύσῃ²⁾. καὶ σέ τις ποιη-
 τὴν, δῆτορα, σοφιστὴν, συγγραφέα, τῶν ἄλλων ἕκαστον προσει-
 πῶν οὐκ ἂν ἀμάροτο. ἀλλ' ὁ τῆς σεμνοτάτης καθαρῶς ἐπάννυμος
 φιλοσοφίας, τίς ἐστίν· οὐ τῷ πράγματι μόνον, ὡς οὕτως εἶναι,
 ἀλλὰ καὶ τῷ ἀντ' ἄλλης προσηγορίας οὕτω παρα πάντων καλεῖσθαι.
 πολλῶν γὰρ ὄντων τῶν περὶ φιλοσοφίαν ἐσχοληκότων³⁾, διαφε-
 ρόντως αὐτὸς ἐκληρώσω τοῦνομα. τὴν γὰρ τῶν ὄντων κατανόησιν
 σαυτῷ προμνύμενος, καὶ τοὺς τούτων λόγους ἀκριβῶς βουλόμενος
 ἐκμαθεῖν, φυσιολογίαν μὲν σύμπασαν, καὶ θεολογίαν, καὶ τὰς λο-
 γικὰς ἀποδείξεις διηρευνήσω μᾶλλον, ἢ τὴν καλουμένην προπαι-
 δεῖαν οἱ τοὺς παιδας προδιδάσκοντες. ταῖς δὲ τῶν πρῶτων ἐπιστή-
 μαις μαθημάτων, ἡλίου τε κινήσεις καὶ δρόμους καὶ τῶν ἄλλων
 ἀστέρων δυνάμεις, καὶ τὴν τοῦ σύμπαντος κόσμου καὶ τῶν ἐν τού-
 τῳ πρὸς ἄλληλα μερῶν ἀρμονίαν καὶ θέσιν καὶ συμμετρίαν ὑπέρ
 ἅπαντας ἔγνωσ. ὧν καὶ πολλοῖς ἐξηγητῆς γινόμενος καὶ διδάσκα-
 λος, κατὰ τὴν ἐνοῦσαν ἑκάστοις δυνάμιν αὐτὰ δεχομένοις, οὐ παν-
 τάπασιν ἕσεις τὸ κάλλιστον ἀνθρώπων κτῆμα καὶ οἰκείστατον φι-
 λосоφίαν ἐξ ἀνθρώπων ἀπελθεῖν, οὐδ' ἀμαυρωθῆναι καθάπαξ·

1) Leg. ἐπαίτης. 2) Fort. προσαγορεύη. 3) ἐσχοληκότων.

ἀλλὰ σοῖς λόγοις πρὸς δὴ τὸ σαφέστερον συνταθειμένοις τὴν ἀσάφειαν ἐνίων μετασκευάσας, καὶ ταῖς πρὸς τοὺς ἀκροαμένους ἐξηγήσεις καὶ διδασχαῖς ἀνθούσαν αὐτὴν τῷ εἰσέπειτα βίῳ παραπέμφεις, καὶ μὴν αὐτίς τῶν λογοποιῶν ἔνιοι τῆς μὲν γνώμης οὐκ εὐφυῶς, τῆς δὲ γλώττης μακρῶ ἄριστα εἶχον· ἕτεροι δὲ τούναντιον τὸν μὲν νοῦν ἐρόωντο, τῇ φωνῇ δ' ἀνασκήτω καὶ ἀνεπιμελήτῳ κέχρηται· κατῖδοι δ' ἂν τις ἐνλους καὶ τῇ τῶν γραμματιστῶν τέχνῃ, τῶν ἤκιστα περὶ λόγους συνιέντων κατ' οὐδὲν διεννηγοτάς, ὡς συμφέρειν αὐτοῖς σιγῆν μᾶλλον, ἢ τὰ τῆς ἀμαθίας ἀσχη προσεγκαλεῖσθαι. σὺ δὲ σοφία μὲν καὶ εὐφυΐα τοὺς περὶ ταῦτα δεινούς, καλλιπερία δὲ καὶ τῇ τῶν ὀνομάτων ὀρθότητι τοὺς ταύτῃ διενεγκόντας ἐμιμήσω· καὶ σοῦ τὴν γλώτταν ὥσπερ ἐξ Ἀττικῶν ἀμέσως κήπων προκύπτουσαν προσβάλλειν ἡμῖν γινώσκωμεν, ὅσταν τὰ σῆς διανοίας ἔκγονα μεταχειρίζομεθα· καὶ πάντας ὥσπερ ἀπὸ μηχανῆς αἶρει τὰ τῶν σῶν λόγων θέλητρα, τῆς ἐξανθούσης αὐτοῖς χάριτος τὸν ἀκροατὴν ἐφελκόμενης, καὶ τῆς περὶ λέξιν κατασκευῆς ἄριστα ἐσχηματισμένης. ἤκιστα δὲ σοὶ καὶ τὸ τῆς πολυμαθίας περὶ τὴν τῶν λόγων ἀρίστην ἀπεργασίαν προσέστη, ὃ σχεδὸν πᾶσι συμβέβηκεν, οὐδ' ἔλυμήνατ' οὐδὲν τῷ τῆς σῆς φωνῆς τε καὶ γλώττης ἀπεξευγμένῳ¹⁾. ἀλλὰ τῇ ἄκρῃ φιλοπονίᾳ τε καὶ ἀσκήσει πάνθ' ὅσα τῆς σοφίας εἶδη καὶ κόμματα συλλεξάμενος, καὶ τοῖς τῆς μνήμης καὶ διανοίας ἐνθέμενος σκεύεσιν, ὥσπερ τις ταμίης αὐτῶν δεικνύμενος, τὰ κρείττω ταῖς χρεῖαις ἐπικρίνει, καὶ τὰ κράτιστα τῆς ἐγκυκλίου παιδείας, ῥᾶστα καὶ ἐξ ἐτοίμου μεταλαμβάνων ἐκείθεν, τοῖς σπουδαζομένοις ἐκάστοτε συνεισάγεις. ἔτι δ' ἀγλάττους τε τοὺς σοφοὺς καὶ ἀφιλοσόφους τοὺς ῥητορικοὺς ἀπέφηνας. τῷ γὰρ ῥητορικῇ καταμιῆσαι φιλοσοφία, καὶ τοσαῦτα βιβλία ἐξ ἀμφοτέρων συντάξασθαι, οἷς ἔνεστι τὰ ἐξ ἀμφοῖν ὁμοῦ κάλλη συνοραῖν, πῶς οὐχ ὃ λέγω συμβαῖνον δεικνυται; οὕτω περὶ τῶν σῶν ἐμοὶ λόγων ἔπεισι φρονεῖν τε καὶ λέγειν. καίτοι καὶ ταῦτ' ἐκ τοῦ παρήκοντος εἰρησθαι συμβέβηκε. δεῆσαν δ' εἰς ἀγῶνα ἐγκωμίαν καταστήναι, σοῦ πάντως ἔδει τὴν ἀξίαν σῶσαι, καὶ μεθ' ἧσπερ τοὺς λόγους τῆς βώμης ἐξήνεγκας, μετὰ ταύτης δήπου καὶ τοῖς περὶ αὐτῶν ἐπαινοῖς ἐγγειρηῆσαι. σὺ δ' ἡμᾶς ὥσπερ παρῶν, οὕτω καὶ ἀπῶν εὐφραίνεις. ἔχοντες μὲν γὰρ τάγαθὸν ἐν χερσίν, ὥσπερ εἰκὸς, ἐκαρπούμεθα· τὸ δ' εἶναι τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων καὶ ἡμετέρῃ πατρίδι τοσαύτην φιλοτιμίαν, πασης ἡδονῆς ἐμπλήρησι. καὶ τόπῳ μὲν διεστηκότες φιλοῦμεν οὐχ ἦτον ἢ παρόντες· αὐτοπροσώπως δὲ οὐκ ἐξόν, διανοίας σοὶ γε κινήμασι σύνεσμεν. τὴν μέντοι φύσιν τὴν σὴν τοῖς ὑμετέροις λόγοις ἐνορῶμεν, καὶ τῆς σῆς εἰς μνήμην ἦκοντες διατριβῆς, καὶ τῶν ὁσημέραι φοιτῶντων τὴν Ἀκαδημίαν καὶ τὸ Λύκειον φανταζομεθα. καὶ σοὶ μὲν τὰ κάλιστα ταῦτα συγγαίρομεν· μακαρίζομεν δ' ἡμᾶς αὐτούς τῆς σῆς κατὰ τὸν βίον φορέας καὶ συνόδοι. εἴη δὲ σε κάπλι πλείστον προελ-

1) Leg. ἀπεξευγμένῳ.

θεῖν τοῦ χρόνου, ὅπως καὶ πλείστοι τῶν ¹⁾ ἀγαθῶν μετασχοῖεν ἄνθρωποι.

Lampenus Turchaniotes Gregorae.

Nempe quilibet, habili ad percipiendam artem ingenio praeditus, si simulacrum aspexerit, non facile ab eo nec nisi moleste discedet, ac spectandi voluptate expleri non poterit: illos autem qui in orationes tuas, quasi in simulacra animata, oculis defixis haerent, illos inquam pulchri satietas capiet, aut citius ii discedent ab illis rebus, quae oculorum mentis epulae et deliciae sunt? Id quidem nemo, ut opinor, dicturus est, qui rationis usu instructus sit. Ego, quo tempore magnam urbem habitabam, praeclaras tuas disputationes mirari haud desinebam: nemo erat eruditus, qui non conscius mihi esset applaudenti ingenii tui foetibus, et honorificis praeconiis eos commendanti. At nunc eos libros, quos hoc anno in lucem emisisti, magis admiror; quamquam egregias orationes quam plurimas iam ante edideras, morum gravitate, sententiarum dignitate, verborum maiestate nihilo inferiores Platonis orationibus. Quippe et figuris et compositione et verborum apta collocatione et coniuncta cum suavitate copia et persuadendi vi rhetorica illas aequiparant, quae ab oratoriae artis principe elucubratae fuerunt. Ad eiusmodi orationes cum et magnanimi Demetrii, et eius quae Deum arcanis rationibus peperit, laudes adiunxeris, quoniam (putas) erga te sensu affecisti politioris litteraturae studiosos? Equidem quotquot hic degunt, eos primus ac solus mecum in admirationem rapui. Quod si et illud dici debet, magis profecto quam antea ingenii tui magnitudo nunc demum eluxit. Nimirum doctrinam in tuis operibus reconditam, partim a plerisque ignoratam, partim eorum, qui utcunque intelligerent, praemeditatae invidiae obnoxiam, quantum in nobis fuit ita explicuimus, ut et invidi praeccluso ore obmutescerent, et nostrae approbationi aliorum praeterea complurium suffragia accederent. Iamque adeo te non huius tantum nostrae, aut eius quae proxime praecessit aetatis, sed et superiorum temporum eruditis omnibus, quorum libri monumenta sunt magnorum ingeniorum, maiorem atque excellentiorem statuo. Quod autem non temere id a me nec ad gratiam ullo modo dicatur, cum alia multa abunde declarant, tum ea, quae statim dicturus sum. Alii quidem alias disciplinas et alia studia professi sunt, prout cuiusque voluntas et institutum fuit, aut (ut verius dicam) natura: in quibus cum excelluissent et ad summum pervenissent, tum demum aemulos et similibus laboribus exercitatos visi sunt superasse. At tu nihil est ad quod natus non sis; nihil, quo non te ipsum aggregaveris; nihil, in quo haud felicissime elaboraris. Sed in omnibus sic versatus, ut nemo in singulis, tui

1) Fort. σῶν.

et caeterorum discrimen evidens fecisti. Nam in quibus particulatim quisque praecipuam et singularem operam posuerunt, in iis quosdam supergressus es, cum aliis de palma contendisti; nusquam infra primos substitisti: immo, ut summam dicam, unus hos omnes re ipsa superasti, eo quod ab illis pleraque multiplicis doctrinae genera neglecta sunt; tu vero universa simul perserutatus es, et ex omni eruditionis parte fructus eximios produxisti, habesque ab omni scientia famam et nomen; sic ut poetam te, oratorem, sophistam, historicum, et aliis singulis nominibus si quis compellet, is a vero aberraturus non sit. Iam ab philosophia, scientiarum augustissima, quis vere est denominatus? Nonne is, qui non solum re (ut ita dicam) philosophus est, sed cui hoc nomen ¹⁾ ab omnibus pro alia quavis appellatione tribuitur? Multi philosophiae studuerunt: unus tu nomen ex ea sortitus es eximium. Etenim rerum cognitionem certam tibi providere et harum causas perfecte explorare cum velles, physiologiam quidem universam, et theologiam, et logicas argumentationes diligentius pervestigasti, quam ea quae dicuntur rudimenta primi puerorum doctores. Tum scientiarum primariarum seu mathematicarum studio id assequutus es, ut solis motum et cursum, reliquorum siderum potestates, totius mundi et partium eius inter se connexarum concentum, dispositionem, proportionem, magis quam alius quisquam intelligeres. Quae tu docendo cum enarres et plurimis discipulis tradas, singulis pro suo captu accipientibus, non sines philosophiam, cuius rei possessio homini pulcherrima est, penitus ex hominibus sublatam obscurari: sed libris maiori perspicuitate compositis quorundam obscure dicta reformabis, interpretationibusque et praeceptis auditores ita erudies, ut eam scientiam posteritati florentem transmissurus sis. Ac nonnulli quidem oratores, cum ingenio minus valerent, dicendo longe praestiterunt. Alii contra intelligendi facultate pollentes rudi et incomposito sermone usi sunt. Quosdam videas, etiam quod ad grammaticam artem attinet, nihil ab illis differre, qui minime loqui sciunt, ut iis magis expediat ailere, quam turpi ignorantiae crimine argui. Tu doctrina et ingenio eos qui his rebus instructissimi fuerunt, facundia et verborum delectu eos qui in hac parte excelluerunt aemulatus es. Itaque tuam eloquentiam ex ipsis quasi hortis Atticis prodeuntem in nos invadere sentimus, quoties libros tuos in manus sumimus: ac sermonum tuorum illecebris velut machinis quibusdam capti omnes expugnantur, propterea quod efflorescens ex iis lepos et verborum apparatus speciosissimus auditorem alliciunt. Neque vero multa te eruditio prohibuit, ne orationes quam optime elaborares, nec sermonem tuum ulla labe corrupit, eiusve expolitioni obfuit.

1) Gregoras *Philosophus* per antonomasiam dicitur.

Sed summo labore, et per exercitationes plurimas, omnis generis omnis notae eruditionem collectam in thesauris memoriae et ingenii reposuisti; atque eius velut promus condus existis; quae-nam meliora sint, ex usu aestimas ¹⁾, et ex omnigena doctrina facile ac velut ex parato optima quaeque decerpis, et studiosis subinde contribuis. Quinetiam effecisti, ut et philosophi elingues, et oratores minime philosophi esse viderentur. Hoc ipso enim, quod philosophiae rhetoricam miscueris, et ex ambabus tot libros conflaveris, in quibus observare est coniunctas utriusque virtutes, nonne palam existit id quod dico? Equidem sic de orationibus tuis sentio et pronuncio. Atqui haec strictim et velut obiter a me dicta sunt. Oportebat autem in tuarum laudum curriculum descendentem cavere omnino, ut tua tibi dignitas salva constaret, et quantum ipse facundiae robur in orationibus tuis exprompsisses, tanto etiam ad eas verbis praedicandas instructum accedere decebat. Tu nos, ut praesens, ita et absens delectas. Bonum enim, cum esset in manibus, eo quo par erat sensu percipiebamus. At quod urbium princeps, eademque patria nostra, tantum sibi honorem ambitiose vindicet, id quidem me summa voluptate afficit: ac quanquam locorum intervallo disiungamur, nihilo tamen minus te diligimus quam si praesentes adessemus; et quia coram non licet, ideo cogitationis motu tecum versamur. Caeterum indolem tuam in orationibus tuis expressam cernimus. Memoria autem consuetudinis tuae, et eorum qui discendi causa quotidie ad te ventitant, animum subeunte, Academiae et Lycei imaginem nobis effingimus. Ac tibi quidem, quod praeclara ista obtigerint, gratulamur; nos vero ipsos, quod te haec aetas tulerit et vitae tuae tempus in hoc nostrum saeculum inciderit, felices praedicamus. Eius tibi quam longissimum spatium utinam prorogetur, ut earum rerum, quae in te eximiae sunt, homines quam plurimi participes fiant.

IV. *Philotheus patriarcha, Antirrhet. XII* ²⁾.

Γρηγορᾶς δ' οὐτοσίην, ἐκ βαρβάρων παρὰ τὴν τῶν κόλεων βασιλίδα ταυτηνὴ καὶ τὴν μεγάλην ἑλθῶν τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Χριστοῦ μητέρα (τῆς γὰρ Παφλαγόνων ὠρητο γῆς) καὶ ἀγωγῆς καὶ παιδείας ἐνταῦθα καὶ μουσῆς Ἑλληνικῆς μετασχῶν, ὡς καὶ μεταίφρων ἀσκήσαι τινα δόξαν καὶ ὀνόματος εὐμοιρῆσαι τινος, μᾶλλον δὲ καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν πράγματος ὑψηλοτέρου καὶ μείζονος, τὸ μὲν βάρβαρον ἦθος ἀμηγέπη καὶ τὴν φωνὴν ἀποβαλεῖν ἔσχε· τῶν δὲ τρόπων τε καὶ τῆς γνώμης τὸ βάρβαρον οὐ μόνον οὐκ ἔσχεν ἀποβαλεῖν, ἀλλὰ καὶ προσεξεργάσατο καὶ προσέθηκεν ἐκ πάντων τοι πολλοῦ τοῦ περιόντος, τῶν ὁμοφύλων χείρων τὰ τοιαῦτα φανείς, ὡς μηδὲ παραβάλλειν ἐξείναι. μᾶλλον δ' ἐπεινοὶ μὲν, εἰ καὶ βάρβα-

1) Vel meliora usu probas.

2) Ex cod. Reg. 1996. fol. 283.

Acindynus Gregorae. Epistola Thessalonicae data.

Balsamon, vir egregius, cum et amicus meus sit et mei studio amicos omnes vincat, tuas mihi litteras (sciebat enim me et tui et scriptorum tuorum amore vehementer inflammatum), tuas inquam litteras mihi obtulit, insignis et magni cuiuslibet beneficii loco habendas; illas videlicet, quae caelestia ignaris pandunt. Una haec laus iis pro alio omni elogio sufficiat: immo et epistola et epistolae pater istam laudem boni consulant, si minus parem rei dignitati, at pro captu nostro, quatenus nempe et perspicere et eloqui possumus, satis magnificam. Ego vero litteras ab illo acceptas cum perlegissem, sensum reconditum, Graecae linguae proprietatem, dictionum ex horto quasi Attico decerptarum floridam elegantiam, argumentorum varietatem, ex Platonis (si qua nobis fides in his rebus) penu depromptam, totam denique, ut verbo dicam, compositionem venustam et concinnam admiratus sum: quamquam ea, quae dixi, veris minora et longe infra rem fuerunt. Attamen eas litteras pro virili admiratus eis tradidi, qui magnopere expetebant. Erant porro plurimi, ac per omnes admiratio pervasit. Tum passim tibi theatra plaudere, passim omnes prae gaudio exsilire, aliis alia suspicientibus, immo omnia omnibus, pro sua singulis facultate. Ita tu quidem homines suspensos litterarum suavitate tenuisti. Quod autem eruditione tua aequae omnibus profueris, tum iis qui eandem ipsi quoque disciplinam excoluissent, tum iis qui rudes essent; his quidem eas res, quas nunquam audierant, edoctis; illis vero earum, quas perperam didicerant, recta et accurata cognitione instructis: quis non tibi eo nomine gratias [maximas] ¹⁾ agit, at minores tamen quam quas re ipsa habet? Equidem mihi videor haud temere iudicasse, illam epistolam grata lyricorum modulorum varietate a Thebano vate elaboratam, et Veneris, eius nimirum quae a Platone caelestis dicitur, plenam credidisse. Atqui multa tua apud me collecta excellentis ingenii et facundiae monumenta alia admirationem habent: quae tu, si meministi, beato illi viro et doctissimo philosopho ²⁾ Iosepho divini sapientisque Palamae ³⁾ interventu ante hoc biennium misisti. Hic ⁴⁾

 πων. καὶ μέντοι καὶ ἀμελήσαντες ἡνιῶν καὶ ῥυτήρων, οἷς τοὺς
 5 ἕππους ἰθύνομεν, σκέπην ἐποιούμεθα τὰς χεῖρας τῶν ὄψεων. τῆς
 γε μὲν ἐπομένης θεραπείας, οἷς οὐδὲ πάνυ τοι τῶν παρόντων ἕμελε
 φόβων, ἦσαν οἱ φωναῖς ἐχρῶντο καὶ μέλεσι τραγικοῖς· ἦδον δ'
 ἄρα κλέα ἀνδρῶν, ὧν οἶον κλέος ἀκούομεν, οὐδέ τοι ἴδμεν. αἶ-
 τε περὶ ἡμᾶς φάραγγες, καὶ ὅσα μεταξὺ κοῖλα τῶν πέριξ ὄρων, B
 10 περιλαμβάνουσαι τὴν κραυγὴν καὶ ὥσπερ ἔμψυχοί τινες ἀκήρατον
 φυλάττουσαι ταύτην καὶ ἀπαθῆ καὶ τῶν ἄρθρων ὁμοίως ἔχουσαν
 κατὰ διαδοχὴν οἷον ἀντήχουν καὶ ἀντεφώνουν, ὥσπερ ἐν ταῖς
 χορείαις ἐπόμεναι καὶ αὐταὶ καὶ ἀντάδουσαι πρὸς τὸ τοῦ μέλους
 ἐνδόσιμον. ἐγὼ δ' ἐν τούτοις ἀναφέρειν παρήνουν τὸν λογισμὸν
 15 καὶ μὴ συγχοῖς περιαντλεῖσθαι τοῖς φόβοις. ὁ δ' οὐκ ἐπειθέτο· C
 ἀλλὰ δῆλος ἦν οὔτε τὴν ὁδὸν τῆς ἀκαιρίας ἀπιστάμενος λοιδορεῖν·
 αὐτὸς τε ἐφ' αὐτὸν συχνὰ ἀναστρέφων λόγους καὶ λωποδύτας
 ἀνεκύκλει καὶ ἄνδρας αἰμάτων, μήπως ἐξ ἀφανοῦς εἰσπεσόντες
 ἔργον ἡμᾶς ἀποφήνωσι ξίφους. (E.) Οὐκοῦν ἀλλ' ἐν τούτοις
 20 ὄντων ἡμῶν ἐξαίφνης ἀνίστανται τινες ἄνδρες τῶν ἐκείσε πετρῶν
 καὶ φαργύγων μελαίνας ἐσθῆτάς τινας περικείμενοι, αἶ εἰσιν ἐξ D
 ἐρίων καὶ κωδίων, ἅττα ποτὲ ζῶων ἀπεδύσαντο οἷς δῆπου γ'
 ἐχρῆν· ἀντικρὺς δαιμόνια φάσματα· πλὴν οὐ κατάφρακτοί τινες
 ὀπλίται, ὅτι μὴ καθάπαξ ψιλοί· καὶ ἀγγέμαχά τινα ὄργανα ταῖν

cum crebrae et ex aliis aliae ramorum comae in vultus nostros infestae invaderent, oculis ipsis metueremus; habenisque et loris, quibus equos regebamus, omissis manuum obiectu faciem protegeremus. At in famulitio, quod pone sequebatur, nonnulli praesentia pericula parum metuentes vociferabantur et tragicis cantibus celebrabant laudes veterum heroum, quorum famam solam audivimus, res autem gestas non vidimus. Abrupta autem et concava, vicinis undecunque montibus interiecta, clamorem editum intercipiebant, et quasi animata corpora integrum et illibatum et articulis suis distinctum servabant, accentusque et voces alternis referebant; ac ut in choreis fieri solet, ipsa etiam vicissim audiebantur, et ad praescriptos modulos accinebant. Ego vero interea animum meum iubebam recreare et erigere se, nec terroribus subinde ingruentibus iacere oppressum. At ille non parebat; sed et viam alieno tempore susceptam usque exprobrare velle videbatur, et ad se ipsum identidem conversus insidias et latrones tacite ruminabatur, ac viros sanguinum sibi fingebat, qui ex obscuro nos adorturi et occisuri essent. (V.) Dum autem in his sumus, subito viri quidam ex illis rupibus et cavernis exsurgunt, nigris induti vestibus e lanis et velleribus, quae pecudibus detraxerant ii, quibus opus fuerat; diabolica plane spectra. Sed iidem non gravi armatura instructi; immo omnino leves et expediti erant. Ac plerique arma ad

A. C.

1282

ad

1328

Imp. Andron.

Senioris.

P. 232

V. 188.

- A. M. 6791 ad 6836 Imp. Andron Semioria. χεροῖν οἱ πλείους ἔχοντες, ὅσα ἐν λόγχοις εἰσι καὶ πελέκειν. ἦσαν δ' οἱ καὶ ὅσα ἐν τηλεβόλοις. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐκπλήξει καὶ δέει καθυπέβαλον τὰ ἡμέτερα. πῶς γὰρ οὐ; ἐν τόποις ἀλλοτριῶν ὄντων καὶ ἄωρα τοιαῦδε καὶ γλώσση πρὸς τούτοις οὐχ ἡμετέρῃ **Ε**χρῶμενοι; Μυσῶν γὰρ ἄποικοι τῶν ἐκείσε προσοικούντων εἰσὶ ἀρ-5 χῆθεν οἱ πλείους καὶ τοῖς ἡμῖν ὁμοφύλοις ἀναμιξ τὴν διαίταν ἔχοντες. ἔπειτα ἀνεφέρομεν καὶ ἑαυτῶν ἐγγυόμεθα αὐτοῖς. ἡσπάζοντο γὰρ ἡμᾶς ἐκείνοι τῇ σφῶν διαλέκτῳ προσηγνῆς τι καὶ ἰλαρόν· καὶ οὐδὲν οὐδαμῆ ληστρικὸν ἐπεδείκνυτο· εἴτε πρὸς πολλοὺς ἡμᾶς **Φ**όβλοι καὶ βραχεῖς τινες ὄντες αὐτοὶ οὐκ ἀξιωμαχοῦς σφᾶς αἰ-10 τυὸς κρίναντες ἐς μοῖραν ἀντίπαλον καταστήσαι· εἴτε καὶ θεοῦ κωλύσαντος· ὃ καὶ μᾶλλον τίθεμαι καὶ πολλοῦ δέω θάτερον. οἱ μὲν γὰρ ὄντες ἐγγώριοι καὶ τοῖς ἐκείσε προλοχίζεν ἐνέθρας ἐθάδες πρὸς ξένους ἡμᾶς ἐν οὕτω ζοφώδει τῇ ὥρῃ καὶ ἅμα τὸ τῆς ἕλης σινηρηφῆς σύμμαχον ἅμαχον ἔχοντες τοιαύτην εἰπε-15 ἔβούλοντο τὴν μάχην ἐτέλουν ἄν, οἷαν καὶ βλέποντες ἄν πρὸς **P. 238** τυφλοῦς. ὁμως μέντοι τὴν ὁμοίαν ἐξ ἡμῶν καὶ αὐτοὶ πρόσρησιν ἀντειληφότες (ἦσαν γὰρ οἱ καὶ τῶν ἡμετέρων τῆς ἐκείνων γλώττης οὐ πάνυ τοι ἄδυστος ἦσαν) τὴν αἰτίαν ἐν βραχεῖ διήεσαν τῆς σφῶν αὐτόθι διαίτης· ὡς φύλακες εἶεν τῶν ὁδῶν **20** καὶ ὡς ἀποσοβοῖεν πάντα τινὰ τὸν βουλούμενον τὰς ἐγγιστα χώρας ἐπιόντα λυθρα ληΐσθαι. ἤδη δὲ καὶ τὸ τρίτον τῆς νυκτὸς παρεβήθη, ὡς ἐκ τινῶν οἱ ὑπὲρ κεφαλῆς ἦσαν ἀστῆρες ἐτεχμαιρόμεθα. **B**ἄρτι δὲ καὶ κυνῶν ὑλακαὶ προσέβαλον πόρρωθεν ἡμῖν, μονονοχη

7. ἀνεφέρ. Βοῖν. pro ἀναφέρ.

cominus pugnandum apta in manibus habebant, nempe hastas et securas. Quidam et tela missilia gestabant. Ac principio quidem fieri non poterat, quin nobis et intempesta nocte et ignotis in locis terrorem incuterent: praesertim cum nostra lingua haud uterentur. Illius enim loci incolae plerique Mysorum coloni sunt, finitimae nationis, et communi cum nostris popularibus victu utuntur. Deinde recepimus animos et ad nos rediimus. Nam sua lingua nos comiter et hilariter salutabant, nec quicquam infestum et latrocinii simile prae se ferebant: sive quod pauci et rari nobis, qui nostri eramus, oppugnandis futuros se impares arbitrabantur: sive Deus non sivit; quod potius reor, ab altera autem opinione longissime absum. Cum enim ibi habitarent, et in iis praecipitiis insidias collocare consueverent, et silvae densitate velut inexpugnabili propugnaculo defenderentur: obscura nocte nobiscum, qui peregrini essemus, ut videntes cum caecis pugnassent. Sed tamen cum eos simili modo resalutassemus (erant enim nonnulli e nostris sermōnis eorum non plane rudes) cur ibi degerent, hanc causam paucis afferebant: se custodes esse viarum ad propulsandos eos, qui finitimos agros clam latrocinando infestare vellent. Iam tertia noctis pars effluxerat, ut e quibusdam stellis, quae supra capita erant, coniciebamus. Demum et latratus canum procul exauditi, qui nos tantum non invitabant et pagum

- προσκαλούμεναι και την φέρουσαν κώμην δεικνύουσαι ως πολυάν-
θρωπον και πόνω πολλῷ βαπτισθέντας ἀποχρῶσαν ξενίσαι ἀν-
θρώπους, εἰ και ἥμιστα πάνυ τελῶς, ἀλλ' οὖν οὐδὲ πάνυ τοι
ἦττον ἢ τελῶς. ἔνθα δὴ και σπουδῆ προσελάσαντες καταγωγῆς
5 ἄλλος ἄλλοσε διασπαρέντες ἐχρῶμεθα, ὡσπερ ἐκ σάλου και ναυα-
γίου ὅτω δῆποτε περιτυχόντες λιμένι. εἰ δὲ και ἤδον τῷ πεινῶντι C
πάντα τινὰ ἄρτον εἶναι φασιν, ἀλλὰ και ἡμῖν τὸ ταῖς σποδιαῖς
ἐγκαλινδεῖσθαι τέως ἡδὺ τι και φιλάνθρωπον ἐνομιζετο. (ζ.) Τῆ V. 189
δ' οὖν ὑστεραῖα πανημέριον ἀνύσαντες πορεῖαν ἔς τι γιγνόμεθα
10 πολίχθιον, ὡς εἰπεῖν, ὑπερνεφέλον, Στρούμιμιτζαν οὕτω πως ἐγ-
χωρίως καλούμενον, ὑψηλῷ τῷ ὄρει ἀπειλημιμένον, ὥστε τοὺς
ἐπὶ τῶν ἐπάλλξεων καθημένους ἀνθρώπους ὀνίθων τισὶν λαικέναι,
εἴ τις κάτωθεν ἐκ τῆς πεδιάδος ὀρώσῃ. ἐταῦθά γε μὴν και τὸ D
θεῖον ἐτετελέκειμεν Πάσχα· ἀνικαρώς μὲν και παρὰ τὴν ἀρχῆθεν
15 ἡμῖν συνήθειαν· ἐτετελέκειμεν δ' οὖν. λῆρος γὰρ τοῖς ἐκεῖ παλ-
δουσις ἕπασα και ῥυθμὸς και μουσα ἐμμελῆς ἱερᾶς ὑμνωδίας,
βάρβαρον ἠσκηκῶσι γλώτταν ὡς τὰ πολλὰ και ἦθη μύλα γέ τοι
εὐφυῶς προσήκοντα σκαπάνῃ. οὐ γὰρ μιζοβάρβαρον μὲν, εὐ-
ρυθμον δὲ τὸν ἦχον προῦφερον, ἵνα τις ἦν και αὐτὸς, ὡσπερ οἱ E
20 Μιζολύδιοι και εἰ δεῖ λέγειν οἱ Μιζοφρύγιοι, ἀλλ' ὅλον βοσκη-
ματώδη και ὄρειον και ὑποῖον ἂν οἱ νομάδων ἤσαιεν παῖδες,
ὁπότε πρὸς τὰς ῥαχίας και τὰς νάπας τὸ πολίμιον ἀγοιεν ὥρη ἐν
εἰαρινῇ, ὅτε τε γλάγος ἄγγελια δεύοι. ἐπεὶ γε μὴν κατὰ χώραν αὐθι-
μερὸν ἐμείναμεν τῆ τε ἑορτῆ νέμοντες και καθήκοντα και ἡμῖν

frequentem esse ostendebant, in quo homines multo labore confecti hospitari possent, si non commode ex omni parte, at nec omnino etiam incommode. Quo cum propere pervenissemus, alii alio dispersi diversoria intravimus, veluti e tempestate et naufragio in quemlibet portum utcumque eluctati. Quod si esurienti quivis panis suavis esse dicitur, nobis quoque certe in cineribus volutari suave tum et liberale videbatur. (VI.) Posteram diem in itinere totam consumsimus et ad oppidulum devenimus, quod paene supra nubes eminet (Strummitza ab incolis vocatur), adeo praerupto et excelso monti impositum, ut homines in propugnaculis sedentes e valle suspicientibus avicularum similes videantur. Ibi sacrum Pascha, moleste quidem et praeter veterem nostram consuetudinem, sed tamen celebravimus. Ibi enim omnis doctrina, rhythmus et sacrae hymnodiae musica prugis habentur: quippe cum oppidani barbara fere lingua utantur, et iis sint moribus, qui aratrum et ligonem in primis deceant. Neque enim eum sonum edebant, qui etsi semibarbarus, tamen modulatus foret, et aliquis ipse quoque esse censeretur, ut Semilydius, et si fas dicere, Semiphrygius; sed beluinum plane et montanum sonabant; quo ritu Nomades ipsi canerent, gregibus suis praecedentes ad iuga et silvas vere novo, cum cymbia lacte exundant. Ibi cum toto die consisteremus, partim solennitatis reverentia,

- A. M. μέρος ἀνάσεως καὶ ῥαστώνης, ἐκ τῶν τευχῶν προκύπτουσι ἀνωθεν
 6791 ὡσπερ ἐκ νεφελῶν πρὸς τὴν πεδιάδα τὰ τε ἄλλα ὄψοσα ταῖς πανη-
 ad γύρεσιν ἐπεκράτησε γίνεσθαι ἐωρῶμεν καὶ δὴ καὶ χορείας πατο-
 6836
 Imp. Andron. Διαπὰς ἀνδρῶν ἐφήβων τε καὶ ὄσοι ἦβης ἔλλειπεῖς. καὶ τοῦτο παρ-
 Senioria. Εσχεν ἡμῖν ἡ παρούσα πανήγυρις ἀντ' ἄλλης ἀνάσεως καὶ τροφῆς 5
 πολλῶ γε ἡδίων ἢ Ἀθηναίοις καὶ Σπαρτιάταις, ὅποτε γέ σφισιν
 ἐπῆει τελεῖν πρὸ τοῦ ἄστεος τοῖς μὲν τὰ Διάσια, τοῖς δὲ ἄ φασιν
 P. 234 Ἰακίνθια. ἦν γὰρ ἡμῖν κομιδῇ συμμαχόμενον ἐς τὸ μᾶλλον ἐκεί-
 των ἡδεσθαι τό,τ' εὐσεβές τό,τ' ἐν ὄροις ὑπερορίοις ἀπηρητ-
 μένους καὶ τῶν οἰκείων ὄντας ἐκδήμους ἐντυχεῖν καθάπερ ἐπὶ 10
 μέγαλον πελάγους οἰαδὴ τινὶ νήσῳ· ὅποτε καὶ τὰ τῆς εὐφροσύνης,
 ὁποῖα γε εἴη, πολλῶ πολλαπλάσια φαίνεται, ἥπερ ἐστὶν ἐς γε
 τὸ ὄν. (Ζ.) Ἐκεῖθεν τριταῖοι ἐς τὸ τῶν Σκοπίων πολίχνην κατα-
 λύομεν ἐν ὄροις ἡδὴ τῶν Τριβαλλῶν· οὗ παραψάλλοντα καὶ τὸν
 Ἄξιόν τεθεάμεθα ποταμὸν, ὃς μετὰ Στρυμόνα μέγιστος ἡμῖν 15
 Βῆδοξεν, ἐξ ὀρῶν τῶν αὐτῶν ἐκείνω φηγγύμενος· οὐ τοσοῦτος δ'
 ὢν ἐκ πηγῶν εὐθὺς, ἀλλ' ὄν ἐς τὸ κίταντες ἰὼν καὶ ἄλλοις χει-
 μάρθοις τὸ ρεῦμα κοινούμενος καὶ ἐς Βαρδάριον μετατιθέμενος
 τοῦνομα ἡδὴ καὶ ναυσίπορος ἐνόησε καὶ ἐνιαχοῦ καθίσταται. ἐν-
 ταῦθα καὶ τοῦ φηγός, ᾧ Τριβαλλοὶ πάντες ἔπονται καὶ οἱ μᾶλα 20
 ὑπέκονσι, τῇ πενθερῇ ἐντυγχάνομεν, τῇ εὐγενεῖ Καίσαρισσῃ,
 Cσύμβολα τῆς ἔνδον ὀδυνωμένης ψυχῆς τοὺς πενθίμους περικει-

8. ἐκείνοις A. et W. in mg. 14. Pro οὗ παραψάλλοντα—τῇ εὐγε-
 νεῖ Καίσε. A. habet: καὶ γενόμενος κατὰ τὸν Ἄξιόν ποταμὸν, ὃς με-
 τατιθέμενος τοῦνομα εἰς Βαρδάριον ἐκλήθη, ἐντυγχάνομεν τῇ
 τοῦ Κράλη πενθερῆ τῇ εὐγ. Καίσε.

partim acquiescendi et recreandi animi causa, e moenibus tanquam nubes
 in subiectam vallem prospectantes tum alia, quae in festiuitatibus fieri
 solent, tum choreas virorum, adolescentum et puerorum spectabamus. Ac
 nobis illius festiuitatis praesens laetitia prae alia quavis animi remissione
 et oblectatione sic placuit, ut spectaculum istud nobis multo esset iucun-
 dius, quam Atheniensibus et Spartanis gratum fuit, quoties sub urbe illis
 quidem sua Diasia sive Iovialia, his vero ea quae Hyacinthia dicuntur ce-
 lebrare visum fuerat. Ut enim iis magis delectaremur in causa erat reli-
 gio, et quod peregrino in solo a nostro remoti velut ex vasto pelago ad insu-
 lam appelleremus: quo casu omnia iucundiora videntur quam reuera sunt.
 (VII.) Tertio inde die ad oppidulum Scopiorum divertimus, ipsos iam Tribal-
 lorum fines ingressi: ac praeterlabentem vidimus Axiu fluvium; qui post
 Strymonem maximus nobis videbatur, et iisdem quibus ille montibus erum-
 pens ab ipsa quidem origine non tantus, sed in decursu montium multis
 torrentibus auctus nomine in Bardarium mutato aliquando et quibusdam in lo-
 cis navigabilis est. Ubi Regis, cui Triballi omnes summa cum obsequantia
 parent, socrum convenimus, generosam Caesarissam, lugubri habitu dolerem

μένη χιτώνας. ἦν γὰρ ἐπὶ νεαρῷ καὶ ἀκμάζοντι συγκεχυμένη τῷ
 πάθει· ᾧ καὶ πάνυ τοι πλείστην ἤδη καὶ τῆς ἡμῶν θείας τὴν
 ῥοπήν δεδωκυῖα ὅλη θρήνων καὶ τῶν δακρῶν αἰθερὶς ἐγγυετο,
 συγνὰ ἐπιβρωμένη τὸν σύζυγον Καίσαρα, τὸν πολλῶν βασιλείων
 5 συγγενῆ, τὸν καλὸν, τὸν χρυσοῦν, τὸν γλυκὸν, τὸν πᾶσιν ἀγα-
 θοῖς περιβρίθοντα· θάλασσαν εἶχε συμφορῶν τὴν καρδίαν καὶ
 πηγῆς δακρῶν τοὺς ὀφθαλμούς· καὶ ὅλην κατεβύπτισεν ἑαυτὴν
 τοῖς τῶν θλίψεων κύμασιν, ἐν γῆ ἐρήμῳ καὶ ἀλλοτρίᾳ καὶ ἐπιδ
 ποτιμοδῶ, ὡς εἰπεῖν, Βαβυλῶνος, ἔρημος φίλων, γονέων, συγ-
 10 γενῶν, ἔσχατον ὁμοφύλων ἀνθρώπων, πάντων ὁμοῦ τῶν ὅσα
 δεξιούται ψυχὴν κατενηνεγμένην ὑπὸ σφοδρῆς ἀθρυμίας· „ἴνα τί,”
 λέγουσα, „δέδοται τοῖς ἐν πικρίᾳ φῶς, ζωὴ δὲ ταῖς ἐν ὀδύναϊς
 ψυχαῖς;” ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ἐπόμενα λέγουσα ἐσπάραττε τὰς
 παρειὰς καὶ ῥύακας ἐντεῦθεν αἱμάτων ἐτρόγα ὄνυξι· μονονουχλ V. 190
 15 καὶ τὰς ἀψύχους ἐκίνει φύσεις εἰς θρήνους καὶ δάκρυα. ἐντεῦθεν E
 λόγοις ἡμεῖς ἐπειρώμεθα παραμυθητικαῖς, καθάπερ ὕδατι, τῆς
 ὀδύνης σβεννύειν τὴν φλόγα, ἐνθεν μὲν ὁ πάντ' ἄριστος αὐτῆς
 ἀδελφὸς, ἐκείθεν δ' οἱ συμπρέσβεις, καὶ νῦν μὲν ἐγὼ, νῦν δ'
 αὐτῶν ἕκαστος, νῦν δ' ὁμοῦ πάντες· ὥστε καὶ ἀναφέρειν ὀψὲ πε-
 20 πείκαμεν ταύτην, οὐ τελέως μὲν, οὐδ' ὡς μάλα ἡμῖν δι' ἐφέσεως ἦν.
 πεπείκαμεν δ' οὖν. ἦν γὰρ πως καὶ ἄλλως ἡ γυνὴ συνέσεως ἤκουσα F
 ἐπὶ μέγιστον, ὀπίσθας ὁ καθ' ἡμῶς βύσσκων τεθέταται χρόνος· ἀλλὰ
 δὴ καὶ ξυνιέναι ὀξύτατα καὶ νοῦν ἐνθλέσθαι, εἴ τις ἐν καιρῷ συμ-

2. Quae a verb. ᾧ καὶ πάνυ τοι sequuntur usque ad initium sectionis octavae om. A.

animi testificantem. Erat enim ob recentem et acerbum casum perturbata. Cui dolori cum ex conspectu nostro magna vehementia statim accessisset, tota in lacrymas et lamentationes solvitur, crebro maritum Caesarem, multorum Imperatorum cognatum inclamans, formosum, aureum, dulcem, omnibus bonis undiquaque refertum. Pectus eius mare calamitatum erat, oculi fontes lacrymarum, totaque moeroris fluctibus mergebatur, in terra deserta et aliena et, ut ita dicam, ad flumina Babylonis, destituta ab amicis, parentibus, cognatis, popularibus, omnibus denique rebus, quas animum gravi tristitia oppressum consolantur. „Cur,” inquit, „in acerbitate lumen datur, et afflictis animis vita?” Haec et id genus alia dicens laniabat genas et sanguinis rivos unguibus eliciebat, tantum non res inanimatas ad dolorem et lacrymas commovens. Nos autem consolando et monendo sedare dolorem eius ac velut flammam aqua extinguere conabamur, hinc optimus illius frater, illinc legationis collegae, nunc ego, nunc singuli, nunc universi: donec tandem effecimus, ut respiraret, non quidem penitus, et ut nos maxime optabamus, sed aliquo modo tamen. Erat enim aliqui mulier omnium, quascunque aetas nostra vidit, prudentissima, et ad celerrime intelligenda concipiendaque animo ea, quae quis in tempore recte suaderet,

A. M. 6791
ad 6836
Imp. Andron.
Senioris.
P. 235

βουλευοὶ τὰ καιρία, δεινὴ πάντων μάλλον. καὶ δὴ καὶ τόθ',
 ἡμῶν χρωμένων ὅποσα ἐχρῆν εἰς παραμυθίας λόγον, τοῦ μὲν
 σπαραττεσθαι καὶ δακρύνειν ἐπέιχεν· ἡ δὲ ψυχὴ αὐτῆς ἀπηγήματο
 διὰ τὸ τῆς συμφορᾶς ὑπερβάλλον παρακληθῆναι· ἀλλ' ἐπὶ τῆς
 δεξιᾶς ἐρείσασα τὴν κεφαλὴν ὄλας συνῆγεν ἐντὸς τὰς αἰσθήσεις ἐς 5
 τὰ τῆς διανοίας μυστήρια· καὶ συχνὰ τὸ εἶδωλον ἐφ' ἑαυτῆς
 ἀναπλάττουσα τοῦ συζύγου καὶ τὰς παρούσας τύχας ἀνακυκλοῦσα
 ὄλη τῶν λογισμῶν ἦν, στρέφουσα τὰ τε ἄλλα καὶ ὅπως, ὡς εἰ-
 πεῖν, ὑπὲρ τὰς κέδρους ὑψωθεῖσα τοῦ Λιβάνου καὶ ὑπὲρ τὰ κριτὰ
 ἀνθήσασα τοῦ ἀγροῦ καὶ ἐνευτυχήσασα τῷ βίῳ μᾶλλον ἡπασῶν, 10
 ὄσσαι οἱ ὁμοῦ τράφεν ἡδ' ἐγένοντο, εἶτ' ἀπεβόρῃ ταχὺ καὶ τὸ
 Β ἄνθος ἔλεινῶς εἶδε κειρόμενον ἑαυτῆς καὶ κομιδῆ μαραινόμενον.
 ταῦτ' ἄρα καὶ βύθιον ἐστέναζε, καθάπερ ἐκ μεγάλης καμίτου
 τῆς ἔνδον πικρίας καπνοῦς ἀναπέμπουσα ζέοντας καὶ φλογώδεις.
 τὸ δ' οὖν τελευταῖον ἐν τούτοις καὶ ὁ ἡμέτερος διελέλυτο σύλλο- 15
 γος καὶ ἐφ' οὗ κατέλυνεν ἕκαστος ἀπηλλάττομεν. (H.) Ἡμέραι
 μεταξὺ παρεβύθησαν δέκα καὶ ἐπειδήπερ ἔγγιστα διατρίβων ἦν ὁ
 τῶν Τριβαλλῶν ἄρχων, τᾶλλα τῆς πρεσβείας τετελεσμένα παρα-
 C δοῦς τῶν πρέσβειων ἐνὶ καὶ ἀπιέναι κελεύσας ἤκεν ἕμα γυναικί
 παραμυθησόμενος τὴν αὐτὸς ἑαυτοῦ πενθερὰν καὶ τὸ λείπον τῆ 20
 πρεσβεία προσαποδώσων. τουτὶ δὲ ἦν, προπέμψαι ζῦν γε κόσμῳ
 καὶ ὄση ἀνήκουσα εἶη αἰδῶς, τοῦτο μὲν καὶ ὡς αὐτῆς κηδεστῆς,
 τοῦτο δὲ καὶ ὡς μεγάλου βασιλέως νύμφην, καὶ τρίτον ὡς περὶ
 τὰ καιρία δυστυχοῦσαν· ἃ πάντ' ἐν βραχεῖ διεπεπράχει, ὡς μὲν

ingenium habebat promtissimum. Tum igitur, nobis quoque quicquid ad consolandum pertineret afferentibus, planctum quidem et lacrymas compe-
 scuit: animus vero eius ob calamitatis magnitudinem nullam consolationem
 admittebat. Sed capite manui imposito omnes sensus ad animi penetralia
 revocabat; ac mariti imaginem sibi ipsi subinde effingens et in animam
 revocans ac fortunae praesentis statum reputans, tota cogitationibus hinc
 occupabatur et secum tacite tum alia versabat, tum ut supra cedros Libani
 exaltata, et liliis agri pridetior, et felicitate omnes aequales suas
 praetergressa, subito concidisset floremque suum miserabiliter carpi et mar-
 cescere videret. Ob haec igitur cum profundis suspiriis gemitabat, velut
 e magno camino acerbitalis internae fumos evolvens ferventes et flammosas.
 Tandem et nostro conventu inter haec dissoluto suum quisque diversorium
 petiit. (VIII.) Diebus interim decem elapsis Triballorum princeps, qui in
 proximo versabatur, cum caetera peregisset, de quibus eadem legatione
 agebatur, responso uni e legatis dato eoque abire iusso, una cum uxore
 ad socrum consolandum advenit, legationi quoad reliqua satisfactorus. Id
 vero erat, ut Caesariassam honorifice debitaque cum reverentia, partim ut
 socrum suam, partim ut magni Imperatoris nurum, denique ut insigni cala-
 mitate affectam comitaretur. Quae omnia exiguo tempore confecit; ut ipse

κείνῳ ἰδοῦκε, καλῶς· τῆδ' ἀληθεία πολλῶ τοῦ δέοντος ἐνδεῶς. A. C. 1282 ad 1328
 ἀλλ' οἱ πύθηκοι, φησί, πιθηκίζοντες καὶ οἱ μύρμηκες μυρμηκί-
 ζοντες τὰ σφῶν ποιοῦσιν αὐτῶν· εἰ δὲ μὴ καὶ τὰ αἰετῶν καὶ ὅσα Imp. Andron. Senioria.
 λένουσιν ἔθιμα δύνανται, μὴ οὐ πρὸς αὐτῶν ἂν ὑπάρχη τουτ'
 5 φανόλοτι φύσεως ἀρχῆθεν συντετραμμένων καὶ ἀπουσία τοῦ εἶδ
 τε καὶ τεταγμένως ἠνιοχῆσοντος λογισμοῦ. ἢ σοφὸς ἦν ἄρ' ἐκεί-
 νος, ὃς πρῶτον ἐν γνώμῃ τόδ' ἐβύστασε καὶ γλώσση διεμυθο-
 λόγησεν, εἴτε Θαλῆς ὁ Μιλήσιος ἦν, εἴτε Πλάτων ὁ Ἀριστωνος, E
 εἴτε καὶ ἄμφω, παρὰ πατέρου ἄτερος ἐκδεξόμενος, τό γ' ἑαυτὸν
 10 μακαρίζειν ἐκθύμως, ὅτι μὴ βάρβαρος, ἀλλ' Ἕλληνας γαίηνται.
 ἰδοὺ γὰρ κείνοις ὁμόστοιχα λέγειν ἐπῆει καμὲ βέβαιον τὸν νοῦν
 ἐκ τῆς πείρας ξυνοιλοχότα. ἀλλ' ἵνα μὴ διατρίβωμεν, ἐπανιτέον
 ἡμῖν ἐκεῖσέ ἐστιν. ἐπειδὴ γὰρ ἐπανόδου ἦμεν ἡμέμενοι, ἡμέρας
 διηνηκότες ὁδὸν εἴτα ἀπαλλαττόμεθα. τῆ μὲν γὰρ τῆ Καισαρίσση F
 15 σφόδρ' ἀναγκαῖον ἦν τὴν ἐς Θεσσαλονίκην ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις ἵεναι,
 ὡς ἂν τὰς τελευτάτας ἐπιτελέσει τοῦ ἀνδρὸς ἐγτολύς. φθάνει γὰρ
 ἐκεῖνος ἐπ' ἰσχυράταις τοῦ βίου προαῖς ἐπισκήπτων, ἐντός που τῆς
 εἰρημένης μετακομισθῆναί οἱ πόλεως τὸν νεκρὸν. ἐμὲ δ' αὐτῆ τῶν
 κατὰ βούλησιν ὅσα οἱ πρὸς βουλήσεως ἦν ἀναθεῖσα ὅσον τάχος V. 191
 20 τὴν ἐς Βυζάντιον ἀνύτειν ἀφῆκε, δοῦσα καὶ ὄντινα δὴ Τριβαλ-
 λῶν, ὃς διὰ τραχείας τινὸς ἡμῶς ἀγαγὼν ἀνιάραν ἡμῖν προὔξ-
 ησσε τὴν ἐπάνοδον.
 εἰ. Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ τελευτησάσης ἄπαιδος τῆς ἐξ Ἀλα- P. 236
 μανῶν ἰλθούσης τῷ νέῳ βασιλεῖ γυναικὸς Εἰρήνης μεταπέμπεται

2. φησί A., φασί W. 20. ἀνύτειν A., ἀνύττειν W.

putabat, pulchre; sed revera multum infra dignitatem. Verum, ut prover-
 bio dicitur, simiae simiarum, formicae formicarum more suas res admini-
 strant. Quod si aquilarum et leonum ritu haud possunt, id in earum pote-
 state situm non est, quae naturam abiectam ab initio sortitae et ingenio
 bene ac rite eas moderaturo destitutae adoleverunt. Quare sapiens ille fuit,
 qui primus animo concepit et lingua expressit, sive is Thales Mileaius fue-
 rit, sive Plato, Aristonis filius, seu potius uterque, ita ut alter ab altero
 acceperit: Beatum esse sese, qui non barbarus, sed Graecus natus esset.
 Nam et mihi aliquid haud dissimile ipsa experientia edocto in mentem ven-
 nit. Sed ne longum faciamus, illuc nobis redeundum est. Cum enim do-
 mum redire instituissemus, unius diei iter progressi discessimus. Caesaris-
 sam enim urgebat necessitas una cum caeteris eundi Thessalonicam, ut
 extrema coniugis mandata exsequeretur. In extremo enim ille spiritu man-
 darat, ut suum cadaver in eam urbem perferretur. Mihi vero, cum quic-
 quid libuit commendasset, quam primum Byzantium ire permisit, Triballe
 nescio quo adiuncto, qui nobis per asperas vias ducendo molestum effecit
 reditum.

15. Hoc tempore cum Alemanna Irene iunioris Imperatoris uxor abs-

- A. M. δευτέραν ἐκ Λαμπαρδίας, ἣν καὶ μετωνόμασεν Ἄγγαν· μεθ' ἧς καὶ παίδων ἐγεγόνει πατήρ, ὡς εἰρήσεται προοῦσιν ἡμῖν.
- 6791
ad
6836 (B.) Ἀσχολουμένου δέ ποτε τοῦ βασιλέως περὶ τὰ κνηγέσια περὶ
Imp. Andron. Χερσόνησον συνέβη ναυαγίῳ χρησαμένους ἔβδομήκοντα Τούρκους
Senioria. ῥιφῆναι περὶ Χερσόνησον καὶ αὐτούς. οἱ δὴ καὶ ἀντίστησαν τοῖς 5
- B περὶ τὸν βασιλέα μάλα τοὶ ἰσχυρῶς πολεμοῦντες μέχρι πολλοῦ· ὥστε καὶ πρὶν ἔχει τελείως ἅπαντας κατακοπῆναι, οὐ μόνον πολλοὺς τῶν Ῥωμαίων τοῖς βέλεσιν ἐτραυμάτισαν, ἀλλὰ καὶ τὸν πόδα τοῦ βασιλέως· ὡς πολὺν διαγαγεῖν χρόνον ὀδυνώμενον ἐκ τῆς τοιαύτης πληγῆς. ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις τῶν ἐξῶν ἀμελη- 10 θέντων αἱ πλεῖσται πόλεις καὶ χῶραι τῆς Βιθυνίας ὑπὸ τοῖς
- C Τούρκοις ἐγένοντο. ἤλωκε δὲ καὶ ἡ Προυσαίων τῷ λιμῷ πολιορκηθεῖσα πόλις. (Γ.) Προσῆλθε δ' ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ τῇ καθ' ἡμᾶς ὀρθοδόξῳ ἐκκλησίᾳ καὶ ὁ τῶν Μανιχαίων διδύσκυλος, σπυ- 15 τὸς ὢν ἀνὴρ, καὶ τοὺς συνέσει διαφερόντας τῶν αἰρεσιωτῶν ἐπα- γόμενος. οἱ δὴ καὶ πάσῃ προθέσει ψυχῆς ἐξομοσάμενοι τὰ τῶν ὁμοφύλων ἔδιμα τὸ θεῖον ἐδέξαντο βύπτισμα. ἐβουλόμην καὶ τὰ τῆς αἵρέσεως αὐτῶν ἐν τῷ παρόντι διεξιλεῖν δόγματα, ἵνα
- D τοῖς ἀκούουσι γέλως εἶη· ἄλλ' ἐπειδήπερ αὐτὰ τε ταῦτα πολλοὶ πρὸ ἡμῶν βίβλοις παρέθθησαν καὶ ἀντιῤῥητικοῖς ἐχρήσαντο κατ' 20 αὐτῶν λόγοις, ἡμεῖς δ' αὖ σπουδῇ πρὸς τὴν πυροῦσαν χρήσασθαι ἱστορίαν προὔθεμεθα, ταῦτα παρέντες ἐκέῖσε ἐπανερχόμεθα. (Δ.) Παρατηρῆσαι δ' ἄξιον τὰς τῶν μελλόντων δευτῶν προαναφωνήσεις. σημεῖα γὰρ ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ ἔτους εὐθὺς φανῆ-
23. δευτῶν add. A.

que liberis decessisset, alteram e Langobardia arcessit, quam mutato nomine Annam appellavit: ex eaque liberos suscepit, ut orationis progressus dicemus. (II.) Cum autem Imperator aliquando in Chersoneso venationibus vacaret, accidit, ut septuaginta Turci naufragio facto circa eam plagam in litus eiecissent. Il fortiter pugnando satellitibus Imperatoris longe tempore resisterunt. Itaque priusquam ibi universi penitus occiderentur, non Romanos modo multos telorum ictibus, sed Imperatoris etiam pedem violarunt: cuius vulneris dolore diu ille confictatus est. Iisdem temporibus cum orientalia negligenterentur, pleraeque urbes et provinciae Bithyniae a Turcia subactae sunt. Capta est et Prusa; fame urbs expugnata. (III.) Hoc etiam tempore Manichaeorum doctor, vir sapiens, cum aliis eiusdem sectae, qui intelligentia maxime praestabant, ad orthodoxam nostram Ecclesiam se contulit: sique popularium suorum ritibus ex animo abiuratis sacrum baptismum susceperunt. Vellem equidem et sectae illorum dogmata hoc loco referre, ut lectoribus risus materiam praeberem. Sed cum ea ipsa ab aliis multis ante nos exposita et disputationibus contra illos editis refutata sint, nos vero ad absolvendam historiam festinemus, his omissis illuc redeamus. (IV.) Observatu dignae sunt impendentium malorum praedictiones. Prodigia enim statim anni initio apparuerunt, quae futuram eodem anno cala-

ναι συνέβη, ἱκανὰ τὴν ἐν τῷ αὐτῷ ἔτει παραστῆσαι γενησομένην
 κάκωσιν. ἀρχομένου γὰρ τοῦ ἑξακισχιλιοστοῦ ὀκτακισιοστοῦ τρια-
 κοστοῦ ἔκτου ἔτους εὐθὺς τῇ πρώτῃ τοῦ σεπτεμβρίου ἡμέρᾳ γέ-
 γονε τελεία τῆς σελήνης ἔκλειψις. ἧς ἡ μὲν ἀρχὴ τῆς ἐκπτώσεως
 5 γέγονεν ἔτι νυκτὸς οὐσης· τὰ δὲ ἔξῃς τοῦ τοιοῦτου ἐκλειπτικοῦ
 πάθους μέχρι τοῦ τῆς ἀνακαθάρσεως τέλους γέγονεν ἀνατελλαντος
 μὲν τοῦ ἡλίου, τῆς δὲ σελήνης ὑπὸ γῆν καλυφθείσης. προανε-
 φώνει δὲ τὸ σημεῖον δόλους λαθροῖους μὲν, οὐκ ἀνυπόπτους δέ,
 ἐπὶ συγχύσει μεγάλῃ τῶν κοινῶν συσκευαζομένους πραγμάτων.
 10 περὶ δὲ τετάρτην ὥραν τῆς αὐτῆς ἡμέρας τῶν θείων εἰκόνων κατὰ
 τὸ πάλαι κρατῆσαν ἕθος συναθροισθεισῶν ὁμοῦ τῷ βασιλεῖ καὶ
 πατριάρχῃ καὶ τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐπὶ τοῦ πορφυροῦ κλονος, ἐφ'
 οὐπερ ὁ θεῖος ἴδρυνται σταυρὸς, καὶ τῆς ἱερᾶς τελουμένης ἡμνω-
 15 δίας χοῖρός ποθεν ἐκδραμῶν εἰσεπήδησεν ἑξαπλῆς ἐν μέσῳ τῷ
 τῶν ψαλλόντων χορῷ πολλῷ τῷ τέλματι βεβρεγμένος· καὶ πολ-
 λὰς ἔνθεν κἀκεῖθεν ἀτάκτους περιφορὰς ποιησάμενος μόλις ἐξῆλθε.
 καὶ ἔδοξε τοῦτο τοῖς συνετωτέροις σύγχυσιν τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλη-
 20 σίας μερικὴν τινα προσημαίνειν. ἐγένετο δὲ καὶ μετὰ μῆνας ἕξ
 ἔκλειψις αὐθις τοῦ σεληνιακοῦ φωτός· καὶ ἦν τὸ χρῶμα τῆς κα-
 λυπτούσης τὴν σελήνην σκιᾶς οἷον νεφῶδες καὶ μέλαν· καὶ ἀρξά-
 μενον ἀπὸ τῶν νοτίων μερῶν αὐτῆς ἐκάλυψεν αὐτὴν ἄχρι τῶν
 δέκα δακτύλων· ὃ δὴ καὶ ἐδήλον τὴν ἀπὸ τῶν νοτίων μερῶν τῆς
 25 τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας μετ' ὀλίγον ἄρξασθαι μέλλουσαν κάκω-
 σιν. ἐφάνη δὲ μετὰ βραχὺ καὶ ἕτερον ἐν οὐρανῷ σημεῖον. περὶ
 —
 2. σὼλς Α. 3. σεπτεμβρίου Α., σεπτεβρίου W. 4. ἐκπτώ-
 σιως Α.

mitatem satis portenderent. Nam anno incipiente sexies millesimo octingen-
 tesimo et trigesimo sexto, Calendis Septembris, luna prorsus defecit.
 Cuius deliquii initium nondum exacta nocte extitit: reliqua autem defectio
 usque ad ultimam restituti luminis reparationem orto sole facta est, cum
 ipsa luna sub terra conderetur. Id ostentum clandestinos sane dolos signi-
 ficabat, sed non plane improvisos, qui ad magnam publici status perturba-
 tionem concinnarentur. Sub quartam porro eiusdem diei horam cum sacrae
 imagines veteri more ab Imperatore, patriarcha et pontificibus ad porphy-
 reticam columnam, cui crux sacra insistit, comportatae essent, dum sacri
 hymni caneretur, porcus alicunde elapsus subito in medium psallentium
 coetum insiliit, multo coeno inquinatus: et incomposito cursu temere huc
 atque illuc vagatus vix tandem excessit. Id prudentioribus aliquam Eccle-
 siae Dei confusionem significare visum. Post semestre spatium rursus luna
 defecit. Umbra autem, in qua latuit, colore quasi nebuloso ac nigro fuit;
 quae a meridionali eius latere exorsa eam usque ad decem digitos obtexit.
 Quod utique calamitatem a meridiana Romani Imperii parte imminentem
 portendebat. Paulo post aliud etiam in caelo signum apparuit. Cum enim

A. M. γὰρ σταθερὰν μεσημβρίαν τοῦ ἡλίου τυγχάνοντος ἐφάνη περὶ τὰ
 6791 ἐσπέρια μέρη τοῦ οὐρανοῦ νέφος εἰς τύπον σταυροῦ πολὺν ἐπέ-
 ad 6836 χοντος τόπον τοῦ οὐρανοῦ σιώματος, ἐκ λευκοῦ καὶ μέλανος ὡσπερ
 A. C. 1282 συγκεκραμένον χρώματος. ἀλλ' ἐπαναληπτέον ἐκεῖθεν.

ad 1328 sol in ipso meridie versaretur, occidentem versus per longum caeli spatium
 Imp. Andron. nubes crucis imagine apparuit, ex albo et nigro colore veluti temperata.
 Senioria. Sed res altius repetendae sunt.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ Θ.

NICEPHORI GREGORAE

BYZANTINAE HISTORIAE

LIBER NONUS.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ.

Τὰ αἰτία τῶν τελευταίων δεινῶν. Ἐπιδημία Μιχαήλου τοῦ τῶν Βουλγάρων ἡγεμόνος ἐς Διδυμότειχον μετὰ τῆς συζύγου. Πρεσβεία τοῦ βασιλέως πρὸς τὸν βασιλέα τὸν ἕγγονον αὐτοῦ. Περὶ Μαρκεσίον τοῦ υἱοῦ τοῦ βασιλέως. Δημηγορία τοῦ νέου βασιλέως. Δημηγορία τοῦ γηραιοῦ βασιλέως. Συναμοσία τοῦ πατριάρχου καὶ τινῶν ἀρχιερέων κατὰ τοῦ γηραιοῦ βασιλέως. Πρεσβεία τοῦ Μιχαήλου πρὸς τὸν γηραιὸν βασιλέα. Περὶ δειμάτων ἐν ὄνειροις φανέντων τῷ μεγάλῳ λογοθέτῃ. Ἄλωσις τῆς Θεσσαλονίκης. Φύγη τοῦ δεσπότου Δημητρίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ πρὸς τὸν Κραλὴν Σερβίας. Περὶ τῶν ἐν Μελνίκῳ Νικηφόρου τοῦ βασιλικοῦ. Περὶ τοῦ ἐν τῷ Μαύρῳ ποταμῷ ἐμφυλίου πολέμου. Περὶ τοῦ Βενετικοῦ στόλου. Περὶ τοῦ στρατοπέδου τῶν Βουλγάρων. Περὶ τῶν προδοτῶν τῆς Κωνσταντινουπόλεως δύο ἀνδρῶν. Ἐξοδος τοῦ νέου βασιλέως εἰς Κωνσταντινούπολιν. Περὶ τῆς χρησιμότητος καὶ γνώμης τοῦ νέου βασιλέως. Λήσις οἰκτρὰ τοῦ γηραιοῦ βασιλέως πρὸς τὸν βασιλέα τὸν ἕγγονον αὐτοῦ. Περὶ τῆς ἀνακλήσεως τοῦ πατριάρχου Ἡσαίου. Περὶ τῆς φιλανθρωπικῆς γνώμης τοῦ νέου βασιλέως. Περὶ τῆς τοῦ Μιχαήλου καὶ τῶν Βουλγάρων καταδρομῆς. Περὶ τῆς τοῦ μεγάλου λογοθέτου ἐξορίας. Περὶ τῆς τοῦ μεγάλου δομestίκου τοῦ Καντακουζηνοῦ συνείσεως καὶ ἰλαρότητος. Περὶ τῆς κατὰ τοῦ Ὁρχάνου ἐκστρατείας τοῦ βασιλέως. Περὶ τῆς τῶν κριτῶν καταστάσεως. Περὶ τοῦ ἐπὶ Χίον τῆν νῆσον ἔκκλου τοῦ βασιλέως. Περὶ τῆς τοῦ νέου βασιλέως ἀσθενείας. Ἀρχὴ τῆς κατὰ τοῦ Συργιάννου ἐποποιίας. Ἀπόκαρσις τοῦ γηραιοῦ βασιλέως. Περὶ τῶν τοῦ πατριάρχου πρὸς τὸν γηραιὸν βασιλέα λόγων, κάλεινον αὐτὸς πρὸς αὐτόν. Περὶ τοῦ εὐρεθέντος θησαυροῦ ἐν Περσίδι. Περὶ τῶν ἔλθουσῶν εἰς Βυζάντιον καινοτέρων γραφῶν. Περὶ τοῦ πολέμου τῶν Βουλγάρων καὶ τῶν Τριβαλλῶν. Περὶ τῆς τοῦ ἡλίου ἐκλείψεως. Ἄλωσις καὶ τελευτὴ τοῦ Μιχαήλου. Περὶ τῶν Βουλγαρικῶν πολιχνίων, ὧν ἔλιεν ὁ βασιλεύς. Ἀρχὴ Ἀλεξάνδρου ἐν Βουλγαρίῳ. Περὶ τῆς τοῦ γηραιοῦ βασιλέως τελευτῆς καὶ τῶν πρὸ ταύτης θεοσημιῶν.

ARGUMENTUM BOIVINI

Iunioris factio seniore[m] tollere e medio statuit. Michaël Bulgarus, Vence[?]ai uxore viduus et principatu potitus, per legatos arcessitur a iunior[um] Andronico, uxoris suae fratre. Didymotichum venit. Societas adversus seniore[m] inita; quibus conditionibus. Nepos avo insidiatur. Pecuniam per vim a publicanis aufert. Thraciae urbes sibi mancipat. Byzantium multis comitantibus profisciscitur; quo praetextu. Avus de eius consiliis per transfugam certior factus. Urbis aditu ei interdicit. Multa crimina eidem obiicit. Litteris ad Cralem et ad Demetrium Despotam scriptis copias cogi et urbes praesidiis firmari iubet. Chartaceae litterae interceptae. Lintea[e] quo oportebat perlatae. Omnium animi in iunior[um] propensiores. Senes ab ipso filio Theodoro marchione proditur. Huius socordia, ambitio, vitae genus, religio. Demetrius Despota factiosorum bona diripit. Iunior magnificis promissis multos sibi devincit (Cap. 1). Nepos duorum alterum petit; ut aut Byzantium ingredi sibi liceat; aut ii ad se mittantur, quibus internunciis uti possit. Mittuntur ex omnibus ordinibus delecti. Oratione artificiosa se ipsum apud eos commendat. Avum insectatur. Causam rebellionis probabilem affert. Crimina obiecta diluit. Postulata sua exponit. Eius blanditiis corrupti internuncii Byzantium redeunt. Ei apud omnes aperte patrocinantur (2). Senior suorum perfidia irritatus animum patriarchae explorare statuit: item aliorum pontificum. Oratione coram iis habita rationem affert, cur Imperium non abdicet. Nepotem notat. Poenis ecclesiasticis coercendum censet. Perorationem eius explodit. Sapientissimi quique assentiuntur. Patriarcha cum reliquis dissentit. In seniore[m] conspirat. Iunioris nomen sileri in Ecclesia vetat. Adversae factioni sacris interdicit. Senioris dolor et acerba conquestio. Ipse patriarcha sententia canonica damnatus in monasterium Mangonorum ablegatur (3). Iunior Andronicus ad Urbis moenia accedit. Ab ingressu contumeliose arceatur. Quidam ex populo operam suam ei promittunt. Navicula concessa aditus omnes vestigat. Re infecta discedit. A Thessalonicensibus clam evocatus Protostratorem Byzantio insidiari iubet. Thessaloniam, adversariis dissidentibus, astu occupat. Arcem vi expugnat. Demetrio et aliis ducibus foede dissipatis, Serrhas in ditionem accipit. Caeteris Macedoniae urbibus, item adversariorum liberis, uxoribus et aliis rebus potitur (4). Senior belli pertaesus; inita cum Bulgaro societate animum erigit. Craleena filia, ab hariolis decepta, eundem vana spe implet. Logotheta de se admodum anxius. Somnio terretur. Suis rebus consultit. Secedit in palatium. Praefecti urbium Macedonicarum capti a iunior[um] in carcerem coniciuntur. Demetrii Despotae fuga. Protostetiarum exitus miserabilis. Asan Prosiacum occupat. Ad Cralem se recipit. Basilicus Nicephorus castellum Melnici munit ac tuetur, iuniori non dediturus, nisi post mortem senioris. Iunior eius fidem ut remuneratus sit. Philippi Macedonis apophthegma. Pugna ad Mauropotamum. Senioris copiae vincuntur. Iunior Bulgaros antevertere ac Byzantium ire properat. Tria Urbis pericula. Classis Veneta, Genuensibus Galataeis infensa. Ponti fauces obsidet. Plurimas naves onerarias interceptit. Unde fames Byzantii. Venetorum aequitas ac moderatio. Auxilium ab iis iuniori denegatum. Bulgaricus exercitus, alterum Urbis periculum. Iunior urbem ingredi frustra conatur. Senior ab eo exorari non potest. Dus Bulgarorum, iuniori reconciliatus, copias suas domum reducit (5). Duo Urbis custodes cum iunior[um] agunt de prodicione. Aliis custodibus astu circumventis illum noctu intromittunt. Senior his praemonitus cavendum censet. Magnus Logotheta providentiam eius non probat. Imperator valde anxius. Nepotis adventu cognito ad imaginem Dei Matris confugit. Nepos iniuriam avo fieri vetat. Suos, ne victoria abutantur, admonet. Avo supplicatio miserabilis. Humanitas nepotis. Patriarcha triumphans

reducitur. Triumphi pompa immodesta. Opulentissimae aedes diripiuntur: in primis domus Logothetae. Eius bona omnia aut expulsa, aut in fiscum redacta. Ipse maledictis vexatus. Civiles discordiae iunioris Imperatoris prudentia compressae. Gregoras seniori addictus. Calamitatis particeps (6). Niphon seniori cur infensus. Eius male tractandi auctor. Invidus. Ingratus. Andronicus senior sola Imperii insignia retinet. Annuus redditus ei assignatus. Logotheta Didymotichum relegatur. Kaiaa patriarcha seniori insultat. Episcopis et sacerdotibus poenas irrogat. Ioannes, Heraclae metropolitanus, Gregorae avunculus, moritur. Eius elogium. De eodem plura in eius vita, quam Gregoras scriptam a se testatur (7). Michaël Bulgarus bellum Andronico iuniori infert. Legatis ad se missis quid responderit. Utrinque se ad pugnam parant. Imperatrix filio timet. Eum cum Michaële genero reconciliat. Metochites exul stranguriae doloribus cruciatur. Senior utroque oculo captus omnibus ludibrio est. Synadeni inhumanitas. Solus Cantacuzenus fortuna moderate utitur. Eius elogium. Apophthegma. Syrgiannes, fide variis modis sancita, e carcere educitur. Annonae copia apud Byzantium (8). Turci, duce Orchane, Nicaeam obsident. Imperator in Asiam transit. Quales eius milites fuerint. Orchanes ei occurrit. Romani apud Philocrenen castra ponunt. Velitationes. Pugna. Romani caeduntur. Imperatoris vulnus. Orohanes, relictis equitibus trecentis, praecedit. Imperator Philocrenen ingreditur. Romanorum consternatio. Praecepto turpis fuga. Equites trecenti partim castra diripiunt, partim instant fugientibus. Imperator Byzantium redit. Deum offensum putat: quibusnam delictis? Patriarcha populum absoluit: non item episcopos, neque sacerdotes, nisi quosdam tantum. Viri quatuor selecti iure dicundo praeficiuntur. Anni redditus iis assignati. Classis Imperatoria. Martinus Chii rector. Eius insulae praefecturam ut adeptus sit. Multis rebus gestis clarus, ideoque suspectus. Ab Imperatore capitur et Byzantium vincitus mittitur (9). Iunior aegrotat. Morti proximus cucullum petit. Reos carcere educi iubet. Ultimam voluntatem dictat. Uxori et postumo Imperium, Cantacuzeno tutelam relinquit. Mater praeteritam se dolet. Syrgiannem adoptat. Thessalonicenses sacramento sibi obligat. Constantino Despotus libertas datur et admittitur. Prima nominis littera Imperium ei portendere credita. Senior Syadeno instante habitum et nomen invitum mutat. Iunior aquam poscit ex sacro Deiparae fonte: qua capiti dispersa convalescit. Patriarcha senioris calamitate laetus. Ex ipso quaerit, qualem sui mentionem in Ecclesia fieri velit. Senior suam sortem deslet. In patriarcham invehitur. Ad interrogata nihil respondet. Ex magno dolore stupor et silentium. Vetus apophthegma regis Aegyptii. De senioris nomine in Ecclesia commemorando quid patriarcha decreverit. Populi murmur et indignatio. Senior Synadeni minis territus Imperium eiurat. Scriptam formulam ut consignaverit. Auri numi antiqui in finibus Persarum inventi. Multi a Latinis mercatoribus in varias oras transmissi. Quanti apud Byzantium aestimati sint (10). Vanae praedictiones ex Italia et Colchide Byzantium afferuntur. Gregoras, amicis instantibus, eas refellendas suscipit. Epistola, quam de ea re ad amicum scripsit (11). Michaël Bulgarus cur bellum Crali intulerit. Imperator in belli societatem ascitus. In Pelagonia castrametatur. Solis defectus. Bulgarus Triballorum agros vastat. Crales cum eo configit. Gallorum equitum virtute adiutus eundem vincit et capit. Michaël ex vulneribus moritur. Imperator nulla re gesta Byzantium redit. Fortunae inconstantia. Cralis uxores duae. Filius ex prima susceptus rebellat. Potitur principatu. Ipse Crales a factionis in carcere suffocatus (12). Bulgaris per interregnum dissidentibus, Imperator Mosembriam et alia oppida invadit. Alexander, Bulgariae principatum

adeptus, Romanorum fines vastat. Urbes amissas recipit. Turci Nicæam capiunt. Imagines, libros et sacras reliquias vendunt Byzantiis. Maritimam Bithyniae oram occupant. Tributarios omnibus modis vexant. Chorae monasterium a quo conditum; a quibus institutum. Metochitas ab exilio reversi domicilium. Huius aedes ut dirutae sint. De evulso pavimento. Adempta libertas alloquendi seniore (13). Fera ostentata. Solis et lunae defectus. Terrae motus. Cruces et columnae deiectae. Vox temere emissa; ipso eventu probata. Gregorus seniore inuisere solitus. Cum eo ultimum colloquitur. Senior, amicis dimissis, cibum capit. Frigidum potat. Subito morbo corripitur. Peccata precibus et lacrymis expiat. Sacris mysteriis destitutus, Dei matris imaginem ori suo admovet. Expirat. Liber, in quo Imperatorum facta figuris aenigmaticis involuta fuerunt. Oraculum de seniore Andronico explicatur. Corpus eius quoniam perlatum. Iusta de more parata (14).

A. M.
6791
ad
6836
Imp. Andron.
Senioris.
P. 238
V. 193

Ορῶντες οἱ περὶ τὸν βασιλέα τὸν νέον Ἀνδρόνικον εἰς χροῖνον μῆκος ἐκτεινόμενον ἔτι τὸν βίον τοῦ βασιλέως καὶ μὴ δυνάμενοι φέρειν ὑπὸ μικροψυχίας τὸν τῆς ἀρχῆς μερισμὸν, ἀλλ' ὄλην τὴν ἐξουσίαν εἰς ἑαυτοὺς μετενεγκεῖν σπεύδοντες, ἐβουλεύσαντο δόλοισι καὶ πανουργίαις τισὶν ἢ τὸ σχῆμα τῆς βασιλείας αὐτοῦ⁵ καθάπαξ ἀφελῆσθαι, ἢ μετὰ τοῦ σχήματος καὶ αὐτὸ γε τὸ ἔγγ. καὶ δὴ λοιπὸν ἅπαντ' ἐπόλουν ἐξῆς μηδὲν μελλήσαντες, ὅσα πρὸς Βτὸ βούλευμα συνεργὰ τε καὶ ἀνύσιμα ἦσαν. (B.) Καὶ πρῶτα μὲν διαπρεσβεῖονται πρὸς Μιχαήλον, τὸν διαδεξιόμενον τὴν ἀρχὴν τῶν ἐν τῷ Ἰστροῦ Βουλγάρων μετὰ τὸν Σφενδοσθλάβου δυνάτο¹⁰ νατον, περὶ σπονδῶν βεβαίων καὶ μὴ ῥᾶστα λυομένων. ὁρῶν γὰρ ὁ νέος Ἀνδρόνικος τὸν Κρούλην Σερβίας τῷ γηραιῷ βασιλεῖ μάλα προσκείμενον διὰ τὸ νεωστὶ γεγενημένον περὶ τὴν τοῦ Καίσαρος θνηγατέρα κῆδος καὶ δείσας, μὴ ἐμποδῶν αὐτῷ περὶ τὰ τὰ C βουλεύματα γένοιτο, προστίθεται οὗτος τῷ Μιχαήλῳ, ἅτε καὶ¹⁵ ἐπ' ἀδελφῇ πρὸ βραχέος γαμβρῷ γενομένῳ· ταύτην δὴ λέγω τὴν

9. τὸν add. A. 15. γένοιτο A., γένηται W.

1. Iunioris Andronici factio cum vitam senioris in longissima extendi spatia cerneret et prae animi impotentia principatus divisionem ferre non posset, sed omnem potestatem in se quam primum translata vellet: decrevit ei dolis et machinationibus quibusdam, aut habitum sive insignia Imperii, aut una cum habitu ipsam etiam vitam auferre. Itaque omnia deinceps sine ulla cunctatione facere coeperunt, quae ad id quod meditabantur perficiendum conducerent et efficacissima essent. (II.) Ac primum ad Michaelem, qui Bulgariae intra Istrum sitae principatum post Venceslai obitum suscepit, legatos mittunt de firmo et irrupto foedere ineundo. Cum enim iunior Andronicus Cralem Servium seniori esse addictissimum cerneret, propter affinitatem, quam cum eo Crales contraxerat, ducta uxore filia Caesaris, ac vereretur, ne ille novis suis conatibus obstaret, ipse ad Michaelem se adiungit; quippe cui nuper soror sua nupsisset; eam dico, quae

τοῦ Σφενδοσθλάβου γυναῖκα. ἐγκρατῆ γὰρ τῆς ἀρχῆς τῶν Βουλ-
 γάρων αὐτὸν καταστάντα καὶ πρὸς εὐγενεστέρους εὐθὺς ἀποβλέ-
 ψαι γάμους συνεπεπτώκει. ὄθεν καὶ τὴν προτέραν ἀποβαλόμενος
 σύζυγον, μεθ' ἧς καὶ παιδῶν ἐγεγόνει πατὴρ (ἀδελφῆ δὲ ἦν
 5 αὐτῆ τοῦ τηρικαῦτα Κρούλη Σερβίας), τὴν τοῦ βασιλέως ἀδελφὴν
 ἀντ' ἐκείνης, ὡς εἰρήκειμεν, ἐν τῷ Τερνέβω χηρεούσαν εὐρη-
 κῶς εἰς γάμους κοινωνίαν ἠγάγετο. κατὰ γοῦν τοῦτον τὸν χρόνον
 τῷ Διδυμοτείχῳ ἐπιδημοῦσης καὶ τῆς δεσποίνης τῆς τοῦ βασιλέως
 μητρὸς πέμπονται πρόσβεις ἐς τὸν Μιχαήλον, ἑρῶντες ἐλθεῖν
 10 αὐτὸν ὁμοῦ τῇ συζύγῳ πρὸς τε τὸν βασιλέα καὶ τὴν τῆς συζύγου
 μητέρα τὴν δέσποιναν πολλῶν ἔνεκα. τὴν τε γὰρ δέσποιναν διὰ
 μεγίστης ἐφέσεως ἔχειν διὰ πλείστων ἤδη τῶν χρόνων τὴν θυγα-
 τέρα θεάσασθαι. εἶναι γὰρ ὑπὲρ τὰ τρία καὶ εἴκοσιν ἔτη, ἀφ' ἧς
 οὐπερ εἰς ὄψιν ἀλλήλαις ἐλθεῖν ἤκιστα ἐξεγένετο· τὸν τε αὖ βασι-
 15 λέα ποθεῖν μὲν καὶ αὐτὸν τὴν ἀδελφὴν θεάσασθαι μήπω πρότε-
 ρον θεασόμενον· ποθεῖν δ' οὖν καὶ τὸν αὐτῆς θεάσασθαι σύζυ-
 γον, τοῦτο μὲν καὶ ὡς γαμβρὸν, τοῦτο δὲ καὶ ὡς τῶν ἀποδρό-
 των ἐθελει λαβεῖν κοινωνόν. (Γ.) Τούτων τοίνυν οὕτως ἐχόν-
 των ἐπιδημῆι τῷ Διδυμοτείχῳ μετὰ τῆς συζύγου ὁ Μιχαήλος καὶ
 20 λαμπραῖς ταῖς φιλοφροσύναις καὶ δεξιώσειςιν ἐντυγχάνει πρὸς τε
 τοῦ βασιλέως καὶ τῆς δεσποίνης ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ ἐπὶ συχναῖς
 ταῖς ἡμέραις, ἐν αἷς δὴ καὶ συνθῆκαι παρ' ἑκατέρων προῆλθον·
 τοῦ μὲν, τῷ βασιλεῖ συμμαχεῖν κατὰ τοῦ βασιλέως καὶ πάππου·
 τοῦ δὲ, τῷ Μιχαήλῳ κατὰ τοῦ Κρούλη Σερβίας· καὶ εἰ τῆς ὅλης
 25 Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἐγκρατῆς κατασταίη καθελὼν τῆς ἀρχῆς
 τὸν βασιλέα καὶ πάππον, χρήματά τε παρέξειν πολλὰ καὶ γῆς κλη-

Venceslai uxor prius fuerat. Nam hic cum Bulgarici regni potitus esset,
 statim nobiliores nuptias expetivit: dimissaque priore coniuge, ex qua li-
 beros susceperat (erat autem ea soror Cralis, illius qui tunc in Servia
 regnabat), Imperatoris sororem in urbe Ternobo viduam nactus matrimonii
 societate sibi alterius loco iunxerat. Sub hoc itaque tempus etiam Impe-
 ratoris matre Augusta Didymotichi commorante legati ad Michaëlem mittun-
 tur, qui eum cum uxore ad Imperatorem et ad Augustam socrum vocarent
 multis de causis. Augustam quippe permultos iam annos videndae filiae cu-
 pidissimam esse: (esse enim supra tres et viginti annos, ex quo mutuo
 conspectu illis frui non licuerit;) Imperatorem etiam cupere tum sororem,
 quam nunquam ante vidisset, tum maritum illius videre, et quia affinis es-
 set, et ut arcanorum participem eum faceret. (III.) Quae cum ita se ha-
 berent, Michaël cum uxore Didymotichum profectus per multos dies ab Im-
 peratore et Augusta Imperatoris matre publice privatimque splendidissime
 et magnificentissime habitus est. Tandem sic inter eos convenit, ut Mi-
 chaël Imperatori contra avum, Imperator Michaëli contra Serviae Cralem
 auxilia ferret: quod si totum Romanum Imperium avo Imperatore deiecto
 occupasset, tum magnam ei se pecuniam daturum, agrosque et urbes Ro-

A. C.
 1282
 ad
 1328
 Imp. Andron.
 Senioris.
 P. 239

V. 194

A. M. 6791
ad 6836
Imp. Andron.
Senioris.

ρουχίας καὶ πόλεων ἐκ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας· τοῦτο μὲν καὶ ὡς γαμβρῶ προικὸς ἔνεκα, τοῦτο δὲ καὶ ὡς συμμαχῶ τῶν πόνων ἔνεκα. τούτων οὕτω καταστάντων ὁ Μιχαήλος μετὰ τῆς συζύγου ἐς τὴν οἰκειαν αὐθις ἀπῆει ἀρχὴν, συγχῶν πρὸς τῆς δεσποίνης καὶ πενθερᾶς ἀπολελανκῶς τῶν χαρίτων καὶ δωρεῶν⁵ καὶ χρηστοτέρων ἐπαγγελιῶν ἐς τοῦπιόν. (Δ.) Τῷ μέντοι νέῳ βασιλεῖ ταῖς τοιαύταις ἤδη θαυρῆσαντι καταστάσεσιν, ὁρῶντι δὲ **Ε** καὶ τοὺς δῆμους τῶν πόλεων τῶν τε ἄλλων καὶ τῆς βασιλευούσης αὐτῆς αὐτῷ προστιθεμένους καὶ λύθρα τὴν ἔφοδον αὐτοῦ κατεπείγοντας (κόρον γὰρ ἤδη μακρὸν εἰληφέναι τῆς τοῦ πάππου μα-¹⁰ κροβιότητος καὶ ἀκινήσιας) μελέταις ἐπῆει δίδόναι καὶ σέμψασι, τίσι δόλοισι καὶ πανουργίαις χρησάμενος καὶ νικήσας τὸν πάππον ἀνταρχήσει Ῥωμαίων. ἐπεὶ οὖν χρημάτων αὐτῷ ἔδει πρὸς τοιαύτους ἀγῶνας ἰόντι, πέμψας ἀφείλε χρήματα παρ' ἀκότων τῶν ἐν τῇ Θράκῃ πεμφθέντων πρὸς τοῦ γηραιοῦ βασιλέως ἔξισωτων,¹⁵ φήσας ἐς τὰναγκαῖα χρῆζειν αὐτόν· βασιλεῖ δ' εἶναι καὶ αὐτόν· βασιλεῖ δ' ἐκ τῶν κοινῶν χρημάτων τὰς ἀναγκαίας ἀποπιμάναι χρείας, τῶν σφόδρ' ἀναγκαιοτάτων ὁμοῦ καὶ δικαιοτάτων εἶναι. ἔπειτα σκῆψιν προβαλόμενος, βούλεσθαι πρεσβείαν πέμψαι ἐς τὸν τῆς Αἰγύπτου δυναστεύοντα περὶ τινων ζητημάτων καὶ χειρῶ-²⁰ δῶν, ἐπορεύετο πρὸς τὴν βασιλεύουσαν. μέλλειν γὰρ ἐπιτελεῖν ὀλκάδα μεγίστην ἐκπλεῖν καὶ ἐς Ἀλεξάνδρειαν τὴν πορείαν ποιῆ-
P. 240 σθαι. ἐπορεύετο δ' οὐχ ἀπλῶς, ἀλλὰ χεῖρα συγχῆν συλλεξάμενος πρότερον καὶ τὰς Θρακικὰς πόλεις περιῶν ἀπάσας καὶ οἰκειούμενος καὶ ἀσφαλιζόμενος καὶ πάντας μὲν ὑπόπτους ἔξοαι-²⁵

12. κινήσας W. 18. ὁμοῦ καὶ δικαιοτάτων add. A.

manae ditiosis assignaturum, partim ut affini dotis nomine, partim ut socio laborum ergo. His ita peractis Michaël cum uxore domum redit, amatissime tractatus a socru, multisque acceptis muneribus et promissis maioribus in posterum erectus. (IV.) Hoc statu rerum fretus iunior Imperator, et praeter caeteras urbes Byzantios quoque favere sibi cernens, a quibus clam ad maturandam expeditionem incitaretur, diuturnam vitam et torporem iam fastidientibus, meditari coepit ac deliberare, quibus dolis ac machinationibus avo devicto solus Romanis imperaturus esset. Cum autem pecunia ei esset opus ad tales conatus, pecuniam quaestoribus a seniore in Thraciam missis per vim eripuit. Sibi enim ad necessarios sumptus opus esse pecunia: Imperatorem se quoque esse: summe autem necessarium utique aequissimum esse, ut publicae pecuniae in usus necessarios impenderentur. Deinde legatos Alexandriam ad Aegypti principem certis de causis missurum se simulans Byzantium profisciscitur: inde enim onerariam maximam e portu soluturam, quae Alexandriam iret. Neque vero simpliciter profiscisceretur, sed magna manu collecta prius, Thraciis urbibus universis perlustratis ac sibi conciliatis; cum et eas munivisset, et suspectos omnes

ζων ἐκείθεν, πάντας δ' οικειους και ὁμογνώμονας ἐξοικίλων
 ἐκείσε. (E.) Ἄλλ' ἐν τούτοις ὄντος αὐτοῦ λάθρα τις τῶν οικειο-
 τάτων αὐτοῦ φρυγῶν ἦκει παρὰ τὸν βασιλέα και πάππον και πάν-
 τας καδ' ἕκαστα τῶν ἐκεῖ βουλευμάτων τοὺς δόλους ἀνακαλύπτει, A. C.
1282
ad
1328
Imp. Andron.
Senioris.
 5 τὰ τε ἄλλα φήσας τῷ βασιλεῖ και ὡς βουλευέσσαντο οἱ περὶ τὸν Β
 σὸν ἔγγονον και συνέθεντο καθαιρεῖν, ἣ και αὐτῆς τῆς σῆς
 ζωῆς, εἴ τις ἀντίστασις γένοιτο· ἢ εἰ ῥάδιαν και μηδὲν ἐμποδῶν
 κεκτημένην εὖροι τὸ βούλευμα τὴν ὁδὸν, ἀφελέσθαι μὲν σου μετὰ
 τῆς βασιλείας και τὰ τῆς ἔξουσίας σύμβολα· σοὶ δὲ ῥύκος μονα-
 10 δικὸν περιθέντες φρουροῖς παραδοῦναι και φυλακαῖς. σκέψασθαι
 τοίνυν χρεῶν, μήτ' ἐκείνον τῇ συνήθει πορεία χρησάμενον εἰσω
 πυλῶν τῆς βασιλευούσης γενέσθαι λαθόντα, μήθ' ὑμῶς ῥαθύμως C
 διατεθῆναι πρὸς τὴν ἀπάντησιν. περὶ γὰρ τῶν μεγίστων οἱ κίν-
 δυνοι. ταῦτα ἀκηκῶς ὁ βασιλεὺς και οἷς ἔναυλον ἤδη τὴν ἀκοήν
 15 ἔξ ἄλλων εἶχε πολλῶν παρὰλληλα θεῖς και ἀκριβωσάμενος και
 μηδὲν εἶναι ψευδὲς εὐρηκῶς διανίσταται και αὐτὸς· και βοήσας
 πρὸς κύριον, ὡς „δικασον κύριε τοὺς ἀδικοῦντάς με· και οἱ ἐπα-
 νιστάμενοί μοι ἀσχυνθήτωσαν· και ἐπανύσωσον ἐμοὶ τὸ βασι- V. 195
 λειον κράτος, ὃ σὺ μὲν ἐχαρίσω μοι, ὃν δ' ἐγὼ γεγέννηκα και
 20 ὑψωσα, ἐκ τῶν ἐμῶν ὑρπάζει χειρῶν.”, εἶτα πρὸς ἔργον ἐχάρει. D
 (ς.) Καὶ πρῶτα μὲν ἐς τὸν ἔγγονον ἔτι περὶ μέσσην ὄντα τὴν πο-
 ρεῖαν πέμπει τοὺς ἀπαγορεύοντας τὴν πρὸς τὸ Βυζάντιον εἰσο-
 δον. „καινότερον γὰρ ἢν εἶη,” φησί, „τὸν ἀνακακαλυμμένως
 οὕτωςι παρασπονδοῦντι και οἷς ἢν τὰ κοινὰ φθαρείη ταῦτα πρῶτ-

20. ἔργον ἔργων A.

illinc exegisset; homines autem sibi addictos et secum conspirantes intro-
misisset. (V.) Sed dum haec agit, quidam ex eius intimis clam fuga
elapsus avum Imperatorem convenit, - et omnes singulatim consiliorum illo-
rum dolos detegit, cum caetera eloquutus, tum illud etiam, ut nepos statuis-
set ei vel vitam ipsam eripere, si resisteretur, vel si negotium nihil diffi-
cultatatis facilemque progressum haberet, una cum Imperio potestatis etiam
insignia ei abrogare, et monastico cucullo indutum in custodiam dare.
„Quare,” inquit, „cavendum, ne ille solitam viam ingressus in Urbem
furtim introeat: et vos oportet non pigre illi occurrere. In summum enim
discrimen res adductae sunt. ”His Imperator auditus et ad ea, quae ex aliis
falsi esse comperisset, insurgit et ipse atque ad Dominum clamitans „iu-
dica eos Domine,” inquit, „qui iniuria me afficiunt: et qui contra me in-
surgunt, erubescant: et Imperatoriam mihi potestatem conserva, quam abs
te donatam is ereptum venit manibus meis, quem ego genui et evexi.” Dein-
de ad rem gerendam accedit. (VI.) Ac primum ad nepotem in medio iti-
nere adhuc agentem mittit, qui ei Urbis ingressu interdicant. „Etenim,”
inquit, „novum id esset, si tam aperte foedifragus, eaque quibus respu-

A. M. τοντά τε καὶ κατασκευαζόμενον λανθάνειν ἀξιούν." ἦν δὲ τοῖς
6791 πεμφθεῖσι προστεταγμένον, διεξελθεῖν ἐπ' αὐτοῦ πρὸς ἕλκρον
ad τῆς γνώμης αὐτοῦ, καὶ ὅσαι προφάσεις ἐγένοντο πρὸ αὐτοῦ, τοῦ
6836 τε τὴν εἰρήνην αὐθις καὶ τὰς συνθήκας λελέσθαι καὶ χώραν τὰ
Imp. Andron. Scenioria.

Ἐσκάνδαλα σχεῖν. ἦσαν δ' ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν αἶδε· μία μὲν, 5
ὅτι ὅσοι τοὺς βασιλικοὺς φόρους δασμολογοῦντες ἦσαν ὑπαντας
συλλαβῶν ἀφείλε τὰ χρήματα, σπανιωτέρων μὲν εἶπερ ποτὲ τῶν
τῶν χρημάτων, πολυδαπανωτέρων δὲ τῶν πραγμάτων ὄντων διὰ
F τὸν τῆς βασιλείας μερισμόν. δευτέρα δὲ, ὅτι τοὺς πεμπομένους
ἐφόρους τῶν πόλεων καὶ διοικητὰς ἀτίμους ἐκείθεν ἐκβάλλων ἐκ-10
πέμπει· τίθησι δ' ἀγ' ἐκείνων αὐτὸς ἑτέρους, οὓς ἂν ἐθλοι.
τρίτη δ', ὅτι καὶ τὴν Κρύλαιναν πατρός τε ἀδελφῆν οὖσαν καὶ
μοναχικὸν περικειμένην σχῆμα πρὸς ἄθεσμον ἐβιάζετο μῆζιν,
δυσανασχετοῦσάν τε καὶ οὐκ ἐθέλουσαν αὐτήν. ἦσαν δὲ πρὸς
ταύταις καὶ ἕτεραι προφάσεις, δι' ἧς ἀπηγορεύετο ἢ πρὸς τὸ 15

P. 241 Βυζάντιον αὐτῷ εἰσοδος, πλειῖσται μὲν, οὐ τοσοῦτον δὲ τὸ λογι-
σθὸν ἔχουσαι. (Z.) Ἐπὶ τούτοις γραφὰς λανθανούσας ἐξέπεμψε
πρὸς γε τὸν Κρύλην Σερβίας περὶ συμμαχίας καὶ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ
υἱὸν Δημήτριον τὸν δεσπότην, ἐπιτροπεύοντα τηρικαῦτα Θεσσα-
λονίκης καὶ τῶν πέριξ, παρακελευομένας, συμπαραλαβόντα μεθ' 20
ἑαυτοῦ καὶ τοὺς δύο ἀνεψιοὺς ἐκείσε περὶ τὴν ἐπιτροπὴν τῶν
Βελλεγράδων καὶ τῆς ἄλλης Μακεδονίας τηρικαῦτα διατρίβον-
τας Ἀνδρόνικόν τε τὸν πρωτοβεστιάριον καὶ Μιχαῆλ τὸν Ἰσὸν
B καὶ ἅμα τὰ Μακεδονικὰ στρατόπεδα ἀσφαλίσασθαι μὲν πρώτον

10. ἀτίμους A., ἀτίμως W. 15. ἀπηγορεύετο A., ἀπηγόρευ-
το W.

blica pereat agens et moliens, latere conatus suos postularet." Erat autem
iis, qui ad illum missi ierant, mandatum, ut coarguendi eius animi causa
recensarent apud eum, quot occasiones pacis denuo rumpendae praebuis-
set, ut et irrita fierent ea, de quibus convenerat, et offensionibus locus
esset. Eorum autem quae recensabantur summa haec erat. Primum, quod
Imperatoris quaestoribus omnibus pecuniam eripuisset, cuius nunquam
maior penuria fuisset, cum ea essent tempora, quae ob divisionem Imperii
sumptus maximos postulissent. Alterum, quod urbibus praepositos ab avo
praesides ac procuratores ille ignominia affectos eiiceret, atque in eorum
locum quoscunque ei libitum esset substitueret. Tertium, quod Crataeam,
amitam suam et monastico indutam habitu, indignantem et reluctantem ad
incestum coitum compulsisset. Accedebant et aliae causae, propter quas ei
Cralaenam et eius fratrem, ut par erat, conservabamus, cum propter di-
vum illum et laudatissimum Imperatorem, eorum patrem; tum maxime, ut
ne istis tanta calamitate oppressis deessemus. Itaque Imperator magis ac
magis ex eo mollitus crimina Demetrio Despotae obiecta silentio praeteriit.
Accusationis autem summa haec erat: palam eum cum seditiosis conspirasse.
Atidem aliud consilii secum tacite meditatus fuerat, idque admodum pruden-
ter. * * * Nam ipsius Cralaenae gratia Imperator operam dedit, ut quae il-
lius fratri Despotae crimina obiciebantur, ea omnino silerentur. Neque
haec solum Imperatoris bonitatem ostendunt, sed et alia plurima. Quippe

A. M. 6836
ad
6849
Imp. Andron.
Iunioris.
P. 823

νυσε και οὐδὲν ἀπηγνές ἐνεδείξατο πρὸς τοὺς ἐλεγχθέντας στασια-
στάς. ἀλλὰ τοὺς μὲν ἄλλους ἀφῆκε τέλειον· μόνους δὲ τοὺς τοῦ
Ἀσάν υἱοὺς ἐν ἀδέσμῳ και φιλανθρωπῶν κατεῖχεν εἰρκτῆ, ἵνα μὴ
ἀτιμωρήτου καθάπαξ τῆς κακίας μενούσης πάντες εἰς τὴν ὁμοίαν
κακίαν ὀρμήσωσιν. τὰ μὲν τῆς δημηγορίας ἐκείνης και ἐξετάσεως
οὕτως εἴφρωως πως και ἰλαρῶς διήνυσε τέως. (ζ'.) Ἐπει δ' ἐκ τῶν
πραγμαίων συνῆκεν ὁ βασιλεὺς, πολὺ τῶν πολλῶν διαφέρειν τῆ
τοῦ θείου αὐτοῦ σύνεσιν Ἀλεξίου Φιλανθρωπηνοῦ, οὗ δὴ πολ-
λαχῆ και πολλακίς ἐμνήσθημεν ἔμπροσθεν, μετὰ μὲλον ἔσχεν ἤδη
καθ' ἑαυτὸν οὐ μάλα μικρὸν, ὅτι μὴ κἀπὶ μάλα τοι πλείονα¹⁰
συγκεχώρηκε χρόνον αὐτῷ τὴν τῶν Λεσβίων διοίκησιν, και ὅσαι
Βκατὰ τὸν Ἀθαῖον νῆσοι Ῥωμαίων ἐπήκοοι. οὔτε γὰρ τῶν ἐχθρῶν
οὐδεὶς ἂν Μιτυλήνην ἠνδραποδίζετο, οὐτ' ἐς τοσοῦτο ναυαγίω
τὰ θαλάττης ἤλαννε Ῥωμαίοις πράγματα. ὅθεν αὐτὸν τὴν ταχ-
στην ἐς τὴν ἐκείνων αὐθις ἐπιτροπὴν ἀφικέσθαι προσετείχα.¹⁵
και ἀπελθὼν ἐς τὴν προτέραν εὐθὺς τὰ πράγματα ἤγαγεν οὕτως
κατάστασιν και τοὺς μεταξὺ γενομένους διέλυσε κλύδωνας, μόλις
Κμὲν, και ξὺν πολλῇ περινοίᾳ, διὰ τὴν μεταξὺ γενομένην καινο-
τομίαν Μιτυλήνης και τῶν ἐν Λέσβῳ πραγμαίων· ἐπανήγαγε δ'

5. τὰ μὲν — τέως om. A. 6. δ' ἐκ A., δὲ κἀκ W. 7. συν-
κεν ὁ βασιλεὺς, ὡς πολὺ διαφέρει τῶν ἄλλων, ὁκόσοι τῶν συγλη-
τικῶν κατὰ γένος αὐτῷ προσήκουσιν, ἢ τοῦ θείου αὐτοῦ Ἀλεξίου
τοῦ Φιλανθρωπηνοῦ σύνεσις, οὐ και ἀνωτέρω πολλακίς ἐμνήσθη-
μεν, ὡς ἀπαράμιλλος αὐτοῦ ἢ περὶ τὰ πράγματα δεινότης, και
στρατηγικῆ ἐμπειρία, μετὰ μὲλον ἔσχε καθ' ἑαυτὸν οὐ μάλα βραχὺν,
ὅτι μὴ συγκεχώρηκεν ἐπὶ πλείονα χρόνον αὐτῷ A. ὁ βασιλεὺς
add. A. 13. οὔτε κατὰ θαλάτταν ἐς τοῦτο συγγένσεως ἂν προ-
ζήσησαν πράγματα A. 16. ἀπελθὼν A., διαβάς W. Pro εὐ-
θὺς A. ἐκείνος et αὐθις pro οὕτως. 17. Verba και τοὺς — κλύδω-
νας et και ξὺν πολλ. περινοίᾳ om. A.

totam deinceps cognitionem eodem modo peregit, neque in seditiosos con-
victos acerbè consuluit. Sed alios quidem penitus absolvit: solos autem Asa-
nis filios custodia, eaque vinculis libera nec inhumana, inclusos tenuit, ne
si improbitas omnino impunita mansisset, omnes simili audacia in scelus
deinde ruerent. Et ita quidem concio ab Imperatore habita, ac tota illa
cognitio commode et comiter tunc peracta est. (VI.) Cum autem re ipsa
intellexisset Imperator, Alexium Philanthropenum avunculum suum, cuius
frequens supra et multiplex a nobis facta est mentio, prudentia vulgus mul-
tum antea; poenituit eum, quod illi Lesbi et insularum Aegaei maris, quot-
quot Romanis parerent, administrationem non diutius reliquisset. Eo enim
praesente nec Mitylenen quemquam hostium occupaturum, nec ea Romano-
rum rei marinae naufragia futura fuisse. Itaque illum quamprimum iis
praeeficit atque eo proficisci iubet. Qui cum traiecisset, sedatis tempesta-
tibus, quae tempore intermedio acciderant, pristinae tranquillitati omnia
restituit: vix ille quidem, nec sine magna solertia, propter factam interim
Lesbi et Mitylenae novam rerum mutationem; sed tamen restituit. Nam

οὖν. τοὺς γὰρ ἐν Μιτυλήνῃ τῇ πόλει μισθοφόρους πεντακοσίους A. C. 1328
καὶ φύλακας τῶν Λατίνων λάθρα σύνδυο καὶ σύντρις μετα- ad
πεμπόμενος καὶ βριθούσαις δεξιαῖς ἐς τὰς πατρίδας προπέμπων 1341
ἔλαθεν οὕτω φρονίμως κενώσας τὴν πόλιν καὶ Ῥωμαίοις πε- Imp. Andron.
5 ποιηκῶς ὑποχείριον. οὐ μόνον γὰρ ἐκ τοῦ γήρωσ ἔσχε λαμπρὰν ὁ V. 266
ἀνὴρ τὴν πολυπειρίαν, ἀλλ' ὅτι καὶ τὰ τῆς πολυπειρίας ἐπ' D
αὐτῷ μέγαν εὔρε τὴν φύσιν συνεργὸν καὶ θεμέλιον. καὶ γέγονεν
αὐτῷ διπλοῦς ὁ τῆς ἀρετῆς καρπὸς, πῶς μὲν αὐτοφυῆς τις καὶ
ἀγεώργητος, πῶς δὲ γεωργηθεὶς χρόνων πλείονων τύχαις καὶ
10 γυμνασίαις.

γ'. Ἀρχομένου γε μὴν ἤρος ἤδη πληθὸς Σκυθῶν διαβάντες P. 329
τὸν Ἴστρον κατέδραμον τὴν Ῥωμαιοὶκὴν Θράκην ἄχρι θαλάττης A. C. 1337
Ἑλλησποντίας. ἐνθα δὴ καὶ, συμβὰν οὕτωςί πως, Τούρκων
τισὶν ἐντυχόντες, ὁπόσοι ληστικόν τινα τρόπον κατὰ τὸ συνεχές
15 περαιοῦμενοι τὸν Ἑλλησποντον τὴν παράλιον πᾶσαν ληΐζονται
Θράκην, τοὺς μὲν δῆσαντες ἀπήνεγκαν, τοὺς δ' ἀντιστάνας
κατέκοψαν, πολέμιοι πολεμίους, ὥσπερ κύνες τεθνηκότι σώματι
πολλάκις ἄρδην ἐπεισπίπτοντες. ὁ γε μὴν ἀσύνηθες ἔδοξεν ἔχειν B
ἤδη πρὸς τὰς ἄλλας ἐπιδρομὰς τῶν Σκυθῶν, τοῦτ' ἦν. πρότε-
20 ρον γὰρ ἐπιόντες, καθάπερ ἐξ ὄρουσ χεμιμῶδους ἐξαισθησ καταβ-
ράγεις, τὰ προστυχόντα τε ἐλάμβανον καὶ εἰς τὴν ὑστεραίαν αὐθις
ἀπήλλαττον. νῦν δ' ἐς τοσοῦτον παρέμειναν, ὥστ' οὐ διελίπον
ἐς ἡμέρας ὄλας πεντήκοντα φέροντές τε καὶ ἄγοντες καὶ ἐς κακῶν
ἐσχατίας συνωθοῦντες τὴν χώραν. εἶτα ἀπήεσαν, πληθὸς ἄγον- C

10. γυμνασίαις A., γυμνασίαις W. 17. κύνας ἐς κύνας A., un-
de Boiv. conl. κύνας κύνας.

mercenarios, qui in urbe Mitylene erant, milites et praesidiarios Latinorum quingentos, binos et ternos clam arcessitos et plenis manibus domum redire iussos, prosequutus callide atque occulte urbem praesidio destitutam sic Romanis recuperavit. Etenim vir ille non modo erat propter longinquitatem aetatis multo rerum usu ornatus; sed multus iste rerum usus magno etiam et illustri ingenio apud ipsum nitebatur. Unde duplicem virtutis fructum tulit, partim a natura insitum et sponte enatum, partim longi temporis casibus et exercitationibus excultum.

3. Caeterum vere iam ineunte multitudo Scytharum Istro traiecto Romanam Thraciam usque ad Hellespontium mare incursarunt. Ubi quosdam Turcos, ex iis videlicet, qui per latrocinium traiecto Hellesponto continenter maritimam oram populantur, casu fortuito nacti partim victos abducent, partim resistentes occidunt, hostes hostibus infesti, veluti canes in cadaver subinde violento impetu irruentes. Verum in ea incursione novum illud habebant Scythae, quod prius veluti torrens e monte subito decurrens, obvius quibusque raptis, postridie recedebant. Tum vero tandiu manserunt, donec quinquaginta diebus perpetuis omnia rapiendo et vastando consumptis provinciam in extrema mala coniecerunt demumque abeuntes capti-

A. M. 6836
ad
6849
Imp. Andron.
Ianioria.

τες αἰχμαλώτων ὑπὲρ τὰς τριακοσίας, ὡς ἔφασαν οἱ πολλοὶ, χιλιάδας. καὶ τὸ αἷτιον τῆς τοιαύτης ἔφασκον εἶναι καταδρομῆς, ὅτι Ῥωμαῖοι πέμπειν ἠμέλησαν τὰ εἰθισμένα δῶρα τῶν τῶν Σκυθῶν ἡγεμόνι καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν εὐγενέσιν. ἐδήλωσε δὲ τὴν βαρεῖαν ταύτην αὐτῶν ἔφοδον ἔκλειψις σελήνης ὁμοῦ καὶ ἡλίου,⁵ δεκαεξ ἡμερῶν μεταξὺ γινόμεναι ἕμφω· ἡ μὲν σεληνιακὴ περὶ τὴν πρώτην τῶν ἰχθύων μοῖραν ὄντος τοῦ ἡλίου, ἡ δὲ περὶ τὴν **D** πεντεκαίδεκάτην τῶν αὐτῶν. (B.) Ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις ἔρχε μὲν Τραπεζούντος Βασιλεῖος ὁ υἱὸς Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, διάδοχος αὐτὸς ἤδη βέβαιος μετὰ πολλοὺς τοὺς ἄθλους τῆς πατρι-**10** κῆς ἀρχῆς καταστάς. ἐπέμφθη δ' αὐτῷ καὶ σύζυγος Εὐδοκία, ἡ νόθη τοῦ βασιλέως θυνγάτηρ. (Γ.) Ὁ δὲ τῶν Αἰτωλῶν τε καὶ **E** τῶν Ἀκαρνανῶν ἀρχηγὸς Ἰωάννης ὁ κόντος θανάτῳ βιαίῳ τοῦ ζῆν ἀπήλλαξε, τῆς δίκης, ὡς τὸ εἶδος, περιελθούσης καὶ αὐτὸν τελευταῖον, καθάπερ δὴ καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ. οὗτος γὰρ τὸν **15** ἑαυτοῦ διαχειρισάμενος ἀδελφόν, ὥσπερ κάκεινος τὸν τῆς μητρὸς ἀδελφόν, οὕτω τὴν διαδοχὴν ἐκομίσατο τῆς ἀρχῆς. τῆς δὲ δίκης οὐ σιωπῆν εἰθισμένης ἐς τέλος ἐν τοῖς τοιούτοις, βιαίως καὶ οὐ-**P. 330** τος τοῦ ζῆν ἀπεβόγη, φάρμακον παρασχούσης λαθραῖον αὐτῷ τῆς συζύγου. νοσημάτων γὰρ οὐκ ὀλίγων ὑποφρουμένων ἐν τῇ αἰ-**20** κία, δέισασα ἡ γυνὴ τὴν ἐπιβουλὴν τοῦ συζύγου πρὶν φονευθῆναι πεφόνευκε· καὶ οὕτω διάδοχος ἐκείνη σὺν δυοῖς παιδαρίοις τῆς τῶν Αἰτωλῶν τε καὶ Ἀκαρνανῶν κατέστη ἀρχῆς. (Δ.) Ἐπει δ'

8. τῶν om. A. 11. ἐπέμφθη] ἐπελήφθη W. 13. τῶν om. A.
18. Verba ἐς τέλος usque ad διὰ τὰς πρὸ βραχίος, in seq. cap.
initio, add. A. Leguntur etiam inter fragmenta, quae Potavius Ni-
cephori patriarchae Breviario historico adiecit.

vorum ultra trecenta milia, ut vulgatio fama est, secum abduxerunt. Eius incursionis causam afferbant, quod Romani Scytharum duci et eius nobilitati solita munera non misissent. Kam cladem solis et lunae defectus, intra dies sedecim sese consequuti, portenderunt. Ac lunaris quidem contigit, cum sol in prima Piscium parte esset: solaris, cum in decima quinta versaretur. (II.) His temporibus Trapezunte regnabat Basiliius Alexii Comneni filius, paterna successione multis certaminibus confirmata, uxoreque ducta Eudocia, notha Imperatoris filia. (III.) Aetolorum vero et Acarnanum princeps Ioannes Comes violenta morte interiit, vindicta tandem, uti par erat, ipsum quoque assequuta, sicut et eius decessores. Is enim fratre suo perempto, sicut et ille avunculo, principatum occuparat. Cum autem vindicta ad extremum in his rebus tacere non soleat, et ipse violenta morte sublatus est, veneno clanculum ab uxore dato. Nam cum domesticae res aegrae admodum essent, mulier insidias viri metuens hunc, priusquam ab eo occideretur, e medio sustulit; atque ita cum puerulis duobus Aetolorum et Acarnanum principatum obtinuit. (IV.) Caeterum Imperator,

ἐκ πολλοῦ καὶ πολλάκις καὶ παρὰ πλείστων ἤκουεν ὁ βασιλεὺς, ὡς
 οἱ κρίνειν ὁμωμοκότες ὀφθῶς καὶ μὴ παραφθείρειν ἐν μηδενὶ τὸ
 δίκαιον, περὶ ὧν καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς ἀνωτέρω φθάσαντες δεδηλώ-
 καμεν, ἐκλαθόμενοι μὲν ἐκείνων ἐγγράφων καὶ φρικωδῶν ὄρων, A. C.
1328
ad
1341
Imp. Andron.
Junioris.
V. 267
 5 ἐκλαθόμενοι δ' ἐκκλησιαστικῶν τε καὶ βασιλικῶν ἐνταλμάτων οὐκ
 ἀδεκάστους ποιοῦνται τὰς κρίσεις· ἀλλὰ δῶρα λαμβάνουσι ἀδειῶς ^B
 καὶ κιβδηλεύουσι τὰς δίκας, καὶ τό γε μείζον, ὅτι ἐξ ἀμφοτέρων
 τῶν κρινομένων μερῶν δωροδοκοῦνται μὲν, οὐ κατὰστασιν δὲ
 καὶ πέρας ταῖς δίκαις παρέχονται, ἀλλ' ἐκατέροις ἀνὰ μέρος ἐγ-
 10 χειρίζοντες γραμματεῖα, ἀπόφανσιν δῆθεν τῆς κρίσεως ἔχοντα, C
 εἴτα ἐκπέμπουσι τοῖς προτέροις ἐνεχομένους ἐγκλήμασι καὶ δια-
 πληκτισμοῖς· ἐπεὶ οὖν ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα παρὰ πολλῶν ὁ βα-
 σιλεὺς ἤκουε, τὰ μὲν πρῶτα πειθεσθαι οὐκ ἔδύνατο, τὴν γενο-
 μένην ἐκ τῶν ὄρων ἀσφάλειαν ἐνθυμούμενος· ὀψὲ δὲ βήματος
 15 γενομένου καὶ τῶν ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων συναθροισθέντων
 ἐν τῷ μεγίστῳ καὶ θείῳ νεῷ τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας, προκαθίσας ὁ
 βασιλεὺς ἅμα τῷ πατριάρχῃ πᾶσαν τοῖς βουλομένοις παρέσχετο D
 χώραν ἐλέγχους κατὰ τῶν τοιούτων προφέρειν. καὶ ἤγοντο πλεῖ-
 στα καὶ ἀναμφισβήτητι καὶ πλείω τῶν ἀκουσθέντων τὰγκλή-
 20 ματα. καὶ ἵνα τὰν μέσῳ παρέλθωμεν, τῶν μὲν τεττάρων ὁ εἰς
 ἀθῶος ἀπήλλαξεν, οὐ προστριβέντος αὐτῷ τοῦ τῆς δωροδοκίας
 ἐγκλήματος· οἱ δ' ἕτεροι, δέισαντες μὴ διαβρογῶσιν ὑπὸ τοῦ
 δήμου, φθάσαντες ἑαυτῶν κατεψηφίσαντο, οἱ μὲν τῶν τε λη-
 25 φθέντων χρημάτων ἀπόδοσιν καὶ τοῦ δικάζειν στέρησιν παντελεῖ·

cum iam dudum et saepe id a pluribus accepisset, iudices, qui se integre
 iudicaturos nullaque re ius violaturos esse iurati promiserant, de quibus an-
 tea mentionem fecimus, terribilium iureiurandorum oblitos, quae ex scripto
 conceperant, nec non Ecclesiasticarum atque Imperatoriarum legum securos,
 minime incorrupta iudicia exercere, neque solum munera sine ullo metu ca-
 pere iudiciaque corrumpere; verum, quod gravius est, ab utroque litigan-
 tium accipere, neque tamen sententiam proferre, aut controversias dirimere,
 sed utrisque separatim datis tabulis, quibus scilicet sententia continebatur,
 cum priori altercatione ac contentione dimittere: cum haec, inquam, alia-
 que id genus a plerisque Imperator audisset, dubitare primo, num vera
 haec essent, cum de iureiurandorum firmitate veniret in mentem; deinde
 sero tandem conventu habito, et episcopis ac presbyteris in augustissimo
 sanctae Sophiae templo collectis, praesidens ipse cum patriarcha omnibus
 quem vellent convincendi potestatem facere. Ergo plerique nec dubiis cri-
 minibus arrepti: eaque longe plura quam auditione didicerat reperta. At-
 que, ut caetera praetermittam, uno e quatuor innocente dimisso, quem
 nemo sordium accusarat, reliqui, ne a populo discerperentur, veriti, suo-
 pte sese iudicio damnant. Alii quae acceperant redditis omnibus iudicandi

- A. M. 6836
ad
6849
Imp. Andron.
Iustoria.
- δ δ' ἐπίσκοπος ἐπὶ τούτοις καὶ τὴν τῆς ἱερουσόνης ἐπαλλαγὴν τε καὶ ἀλλοτριώσιν. ἐξώσθησαν δὲ τῆς βασιλείδος τῶν πόλεων κλέυσει τοῦ αὐτοκράτορος.
- (δ.) Θέρους δ' ἀρχομένου πάλιν ὁμοίως ἐταλαιπώρον οἱ Θράκες ἐκ τῶν Ἀσιατικῶν Τούρκων. διὰ γὰρ τὴν αἰὲ τοῦ τοῦδ' Ῥωμαίους κατατροποῦσθαι συνήθειαν ἀδεῶς ὅποτε βούλοιντο διεπεραιούντο καὶ κάκιστα διετίθεισαν Θράκην. οἱ μὲν οὖν τὴν Ἰωνίαν καὶ τὰ ἐπέκεινα κληρωσάμενοι διὰ τὰς πρὸ βραχέος κατὰ Φωκίαν γενομένης πρὸς βασιλεία σπονδὰς, ὡς εἰρήκειμεν, ἤσυχίαν ἤγον ἔν γε τῷ παρόντι. οἱ δὲ τὰ περὶ Τροίαν καὶ ὅσα τοῦ Ἑλλησπόντου παρῴμι κατοικοῦντες πλείσταις ναυσὶν αὐτοὶ τε καὶ ἵπποι αὐτῶν τὸν Ἑλλησπόντιον διεπεραιούνται πορθμὸν, καὶ κικῶς εὐθὺς διαθέντες Χερσόνησον ἐκείθεν εἰσβάλλουσι καὶ ἐς τὴν τῆς Θράκης μεσόγειον, ὅτε δὴ καὶ ὁ βασιλεὺς περὶ Διδυμῶν V. 268 τειχον ἔτυχε διατρέψων. ὃς ἐπεὶ μὴ ἀξιόμαχον εἶχε στρατὸν, κατὰ 15 πρόσωπον τοῖς ἐχθροῖς ἀπαντᾶν οὐκ ἐθάμβη. ἐνέδρας δὲ ποιῶν οὐκ ἤμελει, αἰθριος διανυκτερεύων καὶ πείρη καὶ δίψη κατατήκων ἑαυτὸν. ὅψε δὲ μοῖρα τινὶ τῶν ἐπὶ λείαν ἐξιόντων ἐντυχῶν τὴν τε λείαν ἀφείλετο καὶ αὐτοὺς ἀπονητὶ διαφθείρει, πενήκοντα καὶ ἑκατὸν ἐπιλέκτους ἀπαντας ὄντας. ὁ δὲ μαθόντες οἱ 20 λοιποὶ διαπρесоβέονται πρὸς βασιλεία. καὶ οὕτως οἱ μὲν ἔσπονδοι εὐθὺς ἀνεχώρησαν οἴκαδε· ὁ δὲ βασιλεὺς τριταῖος ἐς Βυζάντιον ἀφικνεῖται. ἔσπευδε γὰρ διαβῆναι πρὸς Αἰτωλίαν, ποιήρης Δέκει τῶν πραγμάτων ἐχόντων μετὰ θάνατον τοῦ τὴν αὐθεντίαν
4. ὁμοίως οἷς Petav. 12. Ἑλλησποντίαν Ἀ.

se munere abdicant. Episcopus ipse praeterea sacerdotio cedit. Omnes ab Urbe Imperatoris decreto exulare iussi.

4. Ineunte aestate Thracæ eodem modo rursus Asiaticorum Turcarum infestatione labore coeperunt. Hi enim, quod Romanos vincere soliti essent, quoties libitum erat prohibente nemine transfretabant pessimeque Thraciam vexabant. Quibus igitur Ionia et ulteriora loca obtigerant, ii ob foedus, quod paulo ante cum Imperatore apud Phocæam, ut diximus, sanxerant, in praesentia quieverunt. Qui vero Troianam regionem et Hellespontî oram incolebant, cum plurimis navibus et equis freto traiecto, et per Chersonesum hostiliter grassati inde etiam in Thraciæ mediterranea irruunt, Imperatore Didymotichi tum agente. Qui iustis copiis destitutus, nec aperto Marte cum illis congregi ausus, insidias non segniter collocat, noctu sub dio agens et famem ac sitim tolerans. Tandem cohortem praedatricem adortus, erepta praeda, centum quinquaginta delectos viros sine labore caedit. Quo caeteri cognito legatos ad Imperatorem mittunt: atque ita compositione facta statim quidem ipsi domum redeunt; Imperator vero tertio post die Constantinopolin pervenit. Nam in Aetoliam ire properabat, cum et res illic post obitum Comitæ, penes quem summa potestas fue-

ἔχοντος κόντου καὶ τῆς γυναικὸς ἐκείνου καλοσύνης ἐκείθεν ἐπὶ
 καταλήψει τῆς ἀρχῆς. (B.) Ἀλλὰ τοῦ αὐτοῦ θέρους ἰσταμένου,
 καὶ τοῦ βασιλέως παρασκευαζομένου πρὸς ἔξοδον, ἀγγέλλεται
 δεινὸν ἐξ Ἀσίας ἔτιρον. τὸ δὲ ἦν, ὡς ὁ τῶν Βιθυνῶν ἀρχηγὸς
 Ἰμπ. Andron. 1328
 ad 1341
 Iunioris.
 Ἐ'Ορχανος ὁ Ἀτουμᾶν λάθρα στρατολογῶν ἐκ πολλοῦ παρεσκευά-
 σεν ἤδη δύναμιν ἰκανὴν καὶ μάλα τῷ σφετέρῳ βουλήματι ἀπο-
 χρῶσαν· ἦν δὲ καὶ ἐτοιμὴν οὖσαν μέλλειν ἐς τὴν ὑστεραίαν δια-
 βαίνειν ἐξ Ἀσίας διχόθεν, τὴν μὲν ἐξ Ἱεροῦ, τὴν δ' ἐκ Προ-
 ποντίδος, ἐς τὰ τῆς Βυζαντίδος προάστεια· τοῦτο γὰρ ἕως νῦν
 P. 332
 10 διετηρήθη τὸ μέρος πολεμίας χειρὸς μάλα ἀνώτερον. καὶ ἦν σκο-
 πὸς, μετὰ τὸ διαρπάσαι πᾶν ὅσον ἦν ἐκ τῆς πόλεως πληθὸς ἐς
 ἄλλωνας καὶ σίτου κομιδὴν περισπώμενον καὶ ὅσον ἦν ἐν τοῖς ἔξω
 χωρίοις τὴν οἴκησιν ἔχον, εἶτα καὶ δύο τετὰ τῶν τῆς πόλεως ἔγ-
 γιστα φρούρια εἰληφότας ἐκείθεν ὡς ἐξ ὀρηκτηρίου ἐς μάχην
 15 παρατάττεσθαι τῶν Βυζαντιῶν. μηδὲ γὰρ ἔχειν ἔτι Ῥωμαίους
 ἀντίπαλόν σφισι δύναμιν, διὰ τὸ καταπεπονησθαι καὶ ἐφθάρθαι B
 τῇ τε τῶν χρημάτων ἐνδεία καὶ ταῖς πυκναῖς τῶν πολεμίων ἐφό-
 δοις. ἔχοντας δὲ μεθ' ἑαυτῶν καὶ τὴν γνώμην τῶν ἐν τοῖς Γαλά-
 του Λατινῶν, κουφοτέρας σφισιν εἶναι τὰς ἐλπίδας καὶ ἐς ἄλω-
 20 σιν τῆς βασιλευούσης. (Γ.) Ὁ μέντοι βασιλεὺς πυθόμενος τὸν
 ἔκπλον ἐκείνων ἐξαίφνης, ἐπεὶ μὴ ἐδίδου καιρὸν ἢ περίστασις
 ἐς ἀνάλογον παρασκευῆν ἐτοιμάζεσθαι, δεῖν ἔκριεν οὕτως ἀπαρα- C
 σκευῶς ἐξίεναι πρὸς μάχην, ἔχων ἀντὶ πάσης ὄπλων παρυσκευῆς
 καὶ στρατεύματος τὴν εἰς Θεὸν ἀθήσασθαι καὶ βεβαίαν ἐλπίδα καὶ

3. καὶ add. A. 13. καὶ om. A.

rat, afflictæ essent; et ab huius vidua ad occupandum principatum arcesse-
 retur. (II.) Enimvero ætatis eiusdem initio, Imperatore abitu parante,
 aliud ex Asia malum nunciatur: Bithyniæ principem Orchanum, Atomanis
 filium, qui longo iam tempore clam militem collegisset, iustas instruxis-
 se copias et eius instituto prorsus sufficientes: quæ iam paratæ postri-
 die ex Asia traiecturæ essent bifariarum: alteræ ab Hiero, alteræ a
 Propontide ad suburbia Constantinopolis, quæ pars ad id usque tem-
 pus ab omni hostili incursu maxime tuta fuerat. Propositum autem il-
 lis erat, omnem urbanam multitudinem, percipiendisque condendisque frugibus
 occupatam, cæterosque ruri habitantes abripere, ac postea duo castella ex
 iis, quæ Urbi proxima essent, occupare, et inde ut ex opportuna statione
 Byzantios bello petere. Neque enim ipsis sustinendis pares adhuc Romanos
 esse, quorum res attritæ essent et omnino afflictæ inopia pecuniæ et ho-
 stium incursionibus crebris. Deinde cum et Latini Galataei ipsis faverent,
 maiorem spem urbis Imperatricis occupandæ conceperant. (III.) Cæterum
 Imperator, subita illorum irruptione audita, cum angustiis temporis iusto
 apparatu excluderetur, sibi quamquam imparato ad prælium exeundum esse
 iudicavit, pro omni armorum apparatu atque exercitu inconcussam ac fixam

A. M.
6836
ad
6849
Imp. Andron.
Iunioris.

πίστιν. εἴκοσι μὲν οὖν τῶν ἐν ἡλικίᾳ εὐγενῶν ἀπολέξας καὶ τετρα-
ράκοντα τῶν παρατυχόντων στρατιωτῶν ἐκπέμπει διὰ τῆς ἡπί-
ρου, δοῦς ἡγεμόνα σφίσι Καντακουζηνόν, τὸν μέγαν δομέστι-
κον· αὐτὸς δ' ἕμα τριήρεσιν ὑπόλοις τρισὶν ἐπὶ τὰς τῶν βαρ-
βάρων ναῦς ἐποιεῖτο τὸν πλοῦν. οἱ μὲν οὖν βάρβαροι τέτταρας 5

καὶ εἴκοσιν ἔχοντες ναῦς ἐκ τῶν Ἀσιατικῶν τῆς Προποντιδος
κόλπων κατέπλευσαν καὶ ὠρμίσαντο Ἐρηλου ἐγγὺς, περὶ χωρίον
ἀπέχον τῆς βασιλευσούσης οὐ μείον σταδίων ἑκατὸν πρὸς τοῖς
δέκα, περὶ ὧραν ἤδη τρίτην τῆς νυκτός. καὶ εὐθὺς ἀποβάντες
ὠρμησαν ἐπὶ λείαν ἄλλοι ἄλλοθί που διαμερισθέντες, πρὶν αἰ- 10
σθῆσθαι τοὺς ἐν ταῖς χώραις οἰκοῦντας. καὶ ἦν ὄρᾱν μὲν ἄλω-
Ενας καομένης, ἀκούειν δὲ κλαυθμοὺς γυναικῶν καὶ νηπίων ἀη-
νῶς ἔλκομένων. περὶ δὲ ὧραν ἐννάτην τῆς νυκτός, ἤδη τοῦ
λακανοῦς ὑποφαίνοντος, ἤκεν ὁ μέγας δομέστικος ἐπέτας ἄγων
ἑβδομήκοντα· καὶ δισκεδυσμένοις ἐντυγχάνων τοῖς βαρβάροις 15
ἐκοπτεν αὐτοῖς, καθάπερ οἱ θερισταὶ τὸ λῆιον. ἕμα δὲ καὶ ὁ βα-
σιλεὺς καταπλεύσας εἶλε τέτταρας καὶ δέκα ναῦς βαρβαρικῶς,

Ἐ ἀνελὼν τοὺς ἔνδον φρουροὺς. αἱ γὰρ δέκα ἔφυγον εὐθὺς, προαι-

V. 269 σφοδρῶν ἐνίων βαρβάρων καὶ εισδραμόντων εἰς αὐτάς. ἕμα δ'
ἔφ καὶ τοῦ βασιλέως ἀποβάντος ἐς ἡπειρον μέγιστον καὶ τῶν 20
πώποτε μνημονευομένων ἔργων τετέλεσται. ἐφάνη γὰρ, ὡς οὐ
τοῦ θείοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ εὐδοκοῦντός ἐστι
τὰ πάντα θεοῦ. μήπω γὰρ τοῦ ἡλίου τὸν μεσημβρινὸν παρα-
λάζαντος χιλιοὶ μὲν ἔγχιστα κατεκόπησαν τῶν βαρβάρων· τρια-

7. ὠρμήσαντο W.

in Deo spem fiduciamque collocans. Delectis igitur viginti nobilibus adul-
tae aetatis, et quadraginta militibus, qui primi obvii fuerant, datoque eis
duce Cantacuzeno magno Domestico, hos terra mittit. Ipse cum tribus iz-
ermibus triremibus contra barbarorum classem abit, qui viginti quatuor na-
vibus ex Asiatico Propontidis sinu advecti prope Rhegium appulerunt, ad
locum non minus stadii centum et decem ab Urbe distitum, sub horam no-
ctis tertiam: ac statim excensu facto praedatum alii alio excurrerunt,
priusquam id agrestes resciscerent. Tum vero et horrea ardere cerneret,
et mulierum atque infantium, qui vi abstraherentur, eiulatum audires. Sub
horam vero noctis nonam, diluculo iam fere, magnus Domesticus cum equitibus
septuaginta advenit et barbaris occurrens dissipatos caedit, non secus ac se-
getem messorum. Simul etiam Imperator in altum proventus quatuordecim na-
ves hostiles capit, custodibus earum caesis. Nam reliquae decem, cum bar-
bari nonnulli eius adventum praesensissent et in eas insilissent, statim aufu-
gerant. Sub auroram vero, cum et Imperator in terram egressus esset,
maximum opus, quod unquam fando auditum sit, effectum est; patuitque
manifesto, non esse volentis, neque currentis, sed a propitia Dei volun-
tate pendere omnia. Priusquam enim sol meridianum circulum praeteris-
set, mille propemodum barbari sunt interfecti, trecenti vero capti. Ro-

- κῦσιοι δὲ ἐάλωσαν ζῶντες. τῶν δὲ Ῥωμαίων πέπτωκε μὲν οὐδεὶς ἵππρι δ' οὐκ ὀλίγοι τούτων κατεκόπησαν. πεζοὶ γὰρ ὄντες οἱ βάρβαροι πράττειν οὐκ εἶχον γενναῖον οὐδὲν πρὸς ὤπλισμένους ἱππέας· ἀπογνόντες δὲ τολμηρότερον κατὰ τῶν ἵππων ἐχώρησαν.
- 5 (A.) Οἱ μέντοι Ῥωμαῖοι, πρὸς ἀπογνώσεως καὶ δειλίας βυθοῦς ἐκ πολλοῦ καταδύντες, τῷ ἤδη περιχαρεῖ σφῦς τε αὐτοὺς ἀνεκτήσαντο καὶ ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον βεβαιοτέρας πρὸς κύριον ἐκτήσαντο τὰς ἐλπίδας. ἔγνωσαν γὰρ ἅπαντες ἐναργῶς, ὡς οὐκ ἀνθρώπινον τὸ πραχθέν· πῶς γὰρ ἐν τοιαύτῃ χρόνον περιφορᾷ,
- 10 ὅτε τὰ μὲν Ῥωμαίων ἀπέγνωσται πανταχόθεν, τὰ δὲ βαρβάρων ἠϋξῆται πολλῶ πρὸς θαρράλεώτερον διὰ τὴν μακρὰν τοῦ νικᾶν συνήθειαν; ἀλλὰ δεξιὰ κυρίου ἐποίησε ταῦτα καὶ ὁ βραχίων ἐκείνου τὴν τῶν ὑπεναντίων ἄμαχον ἀπονητὶ συνέτριψε δύναμιν. πολέμων γὰρ, οὓς ἐν ταῖς ἱστορίαις ἀκούοντες θαυμάζομεν διὰ
- 15 τὸ ἐκατέρωθεν οὐκ εὐαρίθμητον πλῆθος τῶν στρατευμάτων, ἐν ὀλίγοις εὗροι τις ἂν τοσοῦτον μὲν πλῆθος κατακοπὴν, τοσοῦτον δὲ ζωρηθέν, ὅσον πῦν ὑπ' ἀνδρῶν ἑβδομήκοντα μόνων. (E.) Ἐς δὲ τὴν ἐπιούσαν αὐθις ὁ βασιλεὺς ἐκ τε ἠπείρου καὶ θαλάττης λαμπρῶς ὀπλισάμενος ἀφίκετο ἐς τὸν τοῦ Ἱεροῦ πορθμὸν, ἐλπί-
- 20 σας εὐρήσειν καταπλέοντας ἤδη τοὺς βαρβάρους κάκειθεν κατὰ τὴν φήμην. ἀλλ' ἔμεινε τὰ τῶν ἐλπίδων ἀτέλεστα. πυθόμενοι δὲ γὰρ οἱ βάρβαροι τὴν τῶν ὁμοφύλων συμφορὰν ἀνεχώρησαν. ὁ μέντοι βασιλεὺς ἀναλεύσας ἐκεῖθεν ἀφίκετο νυκτὸς ἐκ τῶν βασιλείων πεζῇ τεσσαράκοντα καὶ πέντε σταδίων ὁδὸν ἐς τὸν Θεῖον

9. χρόνου A.

manorum autem nemo cecidit; equi vero eorum complures occubuerunt. Nam cum pedites essent barbari, nullum egregium facinus contra armatos equites edere potuerunt; sed ex desperatione audacius equos invaserunt. (IV.) Proinde Romani ab extrema desperatione et diuturno metu recreati ea victoria animos receperunt, et in posterum etiam firmiorem in Deo spem collocarunt. Omnes enim evidenter compererunt, non humanitas id accidisse (qui enim potuisset, in illa temporum conversione, cum res Romana undecumque deplorata esset, barbarorum vero audacia ex longa vincendi consuetudine in immensum crevisset?), sed dexteram Domini id fecisse, et brachium illius invictas hostium vires nullo labore contrivisse. Quas enim pugnas in historiis miramur propter innumerum paene utrinque militum numerum, in earum perpaucis invenias tot caesos, tot captos, quot nunc a viris tantum septuaginta. (V.) Postridie vero rursus Imperator, copis terra marique splendide armatis, ad fretum Hierì pervenit, sperans se illac quoque, ut rumor nunciarat, appellentes barbaros inventurum. Sed spe sua frustratus est. Barbari enim popularium suorum audita clade recesserant. Inde domum reversus noctu e palatio exiit, et, quadraginta quinque stadiorum via pedibus confecta, in castissimae

A. M. νειῶν τῆς ὑπεράγνου θεομήτορος τῆς Ὁδηγητρίας, τοὺς ἐγκαρ-
6836 στηρίους ἐκ μέσης ἀποδώσων ψυχῆς.

ad εἰ. Ἄλλ' ἐκεῖνο μικροῦ με παρέδραμεν, ὅπερ ἐπανελθὼν

6849 ἀναλήψομαι. ἐν τούτῳ τῷ θέρει, τοῦ ἡλίου τῶν θερινῶν ἡδὴ

Imp. Andrea. Eτροπῶν ἀψαμένου, ἤρξατο φαίνεσθαι κομήτης ἐκ τῶν ἀρκτι-5
Iunioria. κῶν μερῶν τοῦ ὀρίζοντος ἀφ' ἐσπέρας ἐκάστης εὐθὺς μετὰ δύσει
ἡλίου. μᾶλλον δ' οὐ κομήτης ἦν, εἴ τις ἀκριβολογεῖν ἐθέλοι,
ἀλλὰ πωγωνίας, ῥομφαία τινὶ λοικίως. ἐδόκει μὲν οὖν ἐσχηκεῖναι
τὴν ἀρχὴν ἐκ τῶν τοῦ Περσέως μάλιστα ποδῶν, οἳ τῇ ῥάχει τοῦ
Fταίρου πλησίον εἶναι δοκοῦσιν· ἐπὶ δὲ τὰ πρὸς ἕω μέρη τοῦ κό-10
σμου πέμπειν τὴν κόμην ἐπὶ πολλὰ παρατείνουσιν. εἶτα ἐκεῖθεν

P. 334 ἀρξάμενος ἀνέβαινεν εὐθὺς τοῦ ἀρκτικού πόλου, κινούμενος ἐκά-
στης ἡμέρας τρεῖς ἕγγιστα μοίρας. ἐπεὶ δὲ παρήλλαξε τὸν ἀρκτι-
κὸν πόλον καὶ μετ' ἐκείνον τὴν τε μικρὰν ἄρκτον καὶ τὰς καμπὰς
τοῦ δράκοντος, ἔψαυσε καὶ τοῦ δεξιῦ ποδὸς τοῦ Ἡρακλέους 15

V. 270 καὶ μετ' αὐτὸν τοῦ τῆς Ἀριάδνης στεφάνου. ἐκεῖθεν διέδραμε
τὴν ἀριστερὰν χεῖρα τοῦ Ὀφιοῦχου. καὶ ἐπειδὴ πλάτος ἐνταῦθα
ζωδιακοῦ καὶ ἰσημερινὸς καὶ τόπος θεριμότητα ἔχων, ἀντίχειν ὁ
Bκομήτης οὐκ ἠδυνήθη, διὰ τὸ ἐξ ὑγρῶς ἀναθυμιάσεως τὴν ἀρ-
χὴν τῆς συμπήξεως εἰληφέναι. διὸ τὴν τε κόμην διέλυσε καὶ αὐ-20
τὸς ἠφανίσθη τελείως. φαντασία γὰρ ἦν ἀστέρως, καὶ οὐκ ἀστῆρ.
προσθήσω τοῖς εἰρημένοις καὶ ἀκοῆς ἄξιον ἄλλο διήγημα.
(B.) Ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις μία τῶν Σκυθῶν γυναικῶν, ἐκ τῶν
ἐπέκεινα τοῦ Ἰστροῦ τὴν οἰκισιν ποιουμένων, μήτε σύζυγον μήτε

14. μακρὰν W. 18. πόθος W., τόπος in mg.

Deigenitricis Hodegetrias templum pervenit, toto pectore gratias acturus.

5. Verum illud me paene praeterierat, quod nunc repetendum et expli-
candum est. Hac aestate, cum sol aestivum iam solstitium attigisset, coe-
pit Cometa apparere a septentrionalibus horizontis partibus cuiusque diei
vespere statim post solis occasum. Immo, ut accuratius loquamur, non is
Cometa erat, sed Pogonias, seu barbatum sidus, cuidam veluti gladio si-
mile. Ortum autem a Persei pedibus maxime ducere videbatur, qui a spi-
na Tauri parum absunt. Coma vero eius versus Orientem late extendeba-
tur. Atque inde sumpto initio recta quotidie versus Septentrionem ascen-
debat tribus ferme gradibus. Cum autem polam arcticum praeteriisset ac
post eum Ursam minorem et spiras Draconis, dextrum etiam Herculis pe-
dem attigit; indeque coronam Ariadnes, postea sinistram Ophiuchi manum
percurrit: et quia ibi latus est Zodiacus et aequinoctialis et locus calidus,
durare Cometa non potuit, propterea quod humida exhalatione primum con-
crevisset. Quare coma dissipata et ipse penitus evanuit: quippe qui stel-
lae speciem quidem haberet, stella vero non esset. His aliam narrationem
auditu dignam attexam. (II.) His temporibus mulier quaedam apud Scy-
thas, eos nempe qui trans Istrum habitant, cum neque virum neque libe-

παίδας ἔχουσα, κλειθὴ τοὺς ἐκ Θράκης ἀπαγομένους αἰχμαλώ-
 τούς πρὸ τῶν ταύτης ἑώρα θυρῶν (ἐπόθει δ' ἐκ πολλοῦ προσχω-
 ρῆσαι Ῥωμαίοις καὶ τὸ θεῖον δέξασθαι βάπτισμα), ὧνιον διανα-
 σταῖσα σύζυγον ἔλαβεν ἕνα τῶν αἰχμαλώτων Χριστιανῶν, ὄρκους
 5 αὐτὸν ἐμπεδώσασα πρότερον, μὴ λιπεῖν τὴν ταύτης συνοίκησιν, C
 μὴδ' εἰ ἄλλοθί που τὴν ἀποικίαν ποιήσαιντο. ἐπεὶ δ' εὐκαιρίας
 πρὸς μετοικίαν ζητουμένης ἐνιαυτὸς ὅλος ἐτρίβη, ἐν ᾧ δὴ καὶ
 τέκνα δύο τὸ μὲν γεγέννηκεν, τὸ δ' ἐν γαστρὶ φέρουσα ἦν, ἔτι
 πλείονα τὴν στοργὴν καὶ στεφρότεραν πρὸς τὸν σύζυγον ἔσχε. D
 10 τούτου δ' οὕτως ἔχοντος ἔτυχεν ἐς τοῦπιόν ἔτος αἰχμαλώτος ἀπα-
 γομένη καὶ ἡ προτέρα τοῦ ῥηθέντος ἀνδρὸς σύζυγος. ἦν ἐκεῖνος
 ἐδάκρυσε θεασάμενος. ἡ μέντοι Σκυθὶς ἐκείνη γυνὴ τὴν αἰτίαν
 τῆς λύπης καὶ τῶν δακρῶν μαθοῦσα οὐτ' ἠχθέσθη τάνδρῳ,
 οὔτε ζηλοτύπως ἔσχε πρὸς τὴν γυναῖκα· ἀλλ' ὧνιον εἰλήφει καὶ
 15 ταύτην, ἵνα καὶ ταῖς χρεῖαις ὑπηρετῇ τῆς οἰκίας καὶ ἅμα παρα- E
 μύθιον εἴη τῇ θεωρίᾳ τάνδρῳ ἐκ τῶν ἔγγιστα. ἐπεὶ δ' εὐκαιρίας
 γενομένης τῷ θεῷ τε ἐτελέσθη βαπτίσματι καὶ τῇ βασιλευσῶσιν
 τῶν πόλεων ἐπεδήμησε, δραμοῦσα πρὸς τὸν πατριάρχην ἡ προ-
 τέρα σύζυγος ἐβόα καὶ ἰσπερνοτυπεῖτο καὶ ἀδικεῖσθαι ἔφασκε πα-
 20 ρὰ τῆς Σκυθίδος, ἀφιλομένης τὸν ἄνδρα αὐτῆς. παρελθούσης
 μέντοι κακείνης καὶ τὰ τοῦ πράγματος, ἄς εἶχεν, ἀκριβῶς διεξελ- F
 θούσης, οὐκ εἶχεν οὐδεὶς οὐδὲν ἀπὸ δικαίου προφέρειν ἔγκλη-
 μα κατ' αὐτῆς. κυρία γὰρ ἦν ἀμφοτέρων, ἅτε χρημάτων οἰκείων
 ὠνίους ἔξ ἀγρίων φάσαι θηρῶν εἰληφύια. ὁμῶς σιωπῶντων ἀπάν-
 5. ταύτην W. 9. τὸν] τὴν W.

ros haberet et advectos e Thracia captivos ante suas fores traduci videret
 (longo autem iam tempore ad Romanos se conferre et sacrum baptismum sus-
 cipere cupiebat), unum e Christianorum captivorum turba eductum redemi-
 tum et coniugem sibi ascivit, adactum prius iurando, ne contubernium
 suum desereret, etiamsi alio commigrassent. Dum vero migrationis oppor-
 tunitatem quaerunt, annus integer teritur: quo tempore binos liberos, al-
 terum peperit, alterum in utero gestavit. Unde magis etiam maritum dil-
 ligebat. Quae cum ita se haberet, altero anno accidit, ut et prior eius,
 quem diximus, viri uxor captiva abduceretur: qua is conspecta illacryma-
 vit. Verum Scythiassa, moeroris et lacrymarum causa intellecta, neque
 succensuit marito, nec prae zelotypia odio persequuta est mulierem: sed
 et ipsam emit, ut et domestica ministeria obiret, simulque marito dolorem
 conspectu sui levaret in proximo futura. Sed cum opportunitatem nacta
 et sacro baptismate initiata et in urbem Imperatricem profecta esset, prior
 uxor ad patriarcham occurrit, vociferans et pectus plangens sibiue iniu-
 riam a Scythiassa fieri quirans, quae sibi maritum rapuisset. Caeterum
 cum et illa prodissset, ac rem omnem, ita ut gesta erat, ordine explicasset,
 nemo iure illam reprehendere potuit, ut quae amborum domina esset suaque
 pecunia ex immanibus (ut ita dicam) bestiis ambos redemisset. Tamen ta-

A. M. των καὶ μηδὲν ἐχόντων προφέρειν ἕγκλημα κατ' αὐτῆς, κρίσειν ἐπέ-
 6836 θηκεν αὐτῇ τοιαύτην τῷ πράγματι. τῷ μὲν ἀνδρὶ προῖκα τὴν λύσαν
 ad παρέσχε διὰ τὴν συνοσίαν καὶ τὴν ἐξ αὐτῆς τῶν παιδῶν γέννησιν·
 6849 τῇ δὲ γυναικὶ βούλεσθαι μὲν, μὴ δύνασθαι δὲ διὰ τε τὴν τῶν χρεω-
 Imp. Andron. τῶν ἐνδειαν καὶ τὸ ἐπ' ἀλλοδαπῆς εἶναι σὺν δυοῖν βρέφεσι. „δοῦ 5
 Iunioria. τὸ δοθὲν ὑπὲρ αὐτῆς κομίσασα (ἔφησε) τίμημα αὐτῇ μὲν ἀπερχέ-
 P. 335 σθω μετὰ τοῦ ἀνδρός· ἐγὼ δ' ἔσομαι τοῦ λοιποῦ μετὰ τῶν βρε-
 φῶν, ἐς τὰς χεῖρας ἀποβλέπουσα τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ.” ταύ-
 την τὴν κρίσιν πάντες ἔμνησαν ἅμα τῷ πατριάρχῃ καὶ τὸ μεγα-
 λοφυές τῆς γυναικείας ἐκείνης γνώμης ἐθαύμασαν. ἀλλ' οὐκ εἰς 10
 Βμακρὰν ἢ δίκην τὸ προσῆκον εἴληψε πέρασ πρὸς τοῦ δικάζοντος
 ἄνωθεν ἀφρέπῳς φιλανθρώπου θεοῦ. ἐξελθοῦσα γὰρ ἡ γυνὴ περὶ
 τὴν τῶν λύτρων συναγωγὴν καὶ περιούσια τὰς γείτονας παρὰ τὴν
 Θράκην, ὅποι τὴν οἴκησιν ἐπεποήτο πρότερον, εἰς τὰς χεῖρας
 αὐτῆς ἐμπέπτωκε τῶν Σκυθῶν, ἐξαίρτης ἐπιδραμόντων κατὰ 15
 τῆς Θράκης. κάκεινη μὲν αἰχμάλωτος ἔχετο ἀπισοῦσα· ὁ δ' ἀνὴρ
 ἔμεινε τοῦ λοιποῦ συνοικῶν τῇ ἐκ Σκυθῶν ἐκείνη χρηστῇ γυ-
 ναικί.

V. 271 ζ'. Ἐκέλευε δὲ ἤδη τὸν βασιλεῖα τὰ Αἰτωλῶν καὶ Ἀκαρνανῶν
 C πράγματα, πλημμελῶς διακείμενα καὶ νοσοῦντα διὰ τὴν τοῦ δε-
 σπότητος αὐτῶν τελευτήν. ἡ γὰρ ἀρχὴ διοικεῖσθαι μὴ δυναμένη
 παρὰ γυναικὸς χηρευούσης καὶ τέκνων ἀτελῶν ἔτι πλημμελῶς
 ἐφέρετο, καθάπερ ναῦς ἀγκυρῶν ὄρφανὴ κύμασι καὶ χειμῶσι
 συνειλημμένη. ἐπεὶ δὲ ἦδει τοῖς Ἰλλυριοῖς ὁ βυσιλεὺς πάλαι εἰ-

28. καὶ add. A.

contibus universis, nec de ulla re eam accusantibus, tandem hanc ipsa sen-
 tentiam tulit. Marito propter consuetudinem et susceptos ex eo liberos
 redemptionis pretium condonavit. Erga mulierem vero cupere se quidem
 eadem uti liberalitate; sed posse negavit propter inopiam, quod cum deo-
 bus infantibus in terra peregrina viveret. „Quamobrem ipsa,” inquit, „sui
 pretio allato, cum marito abeat: ego vero posthac cum infantibus manebo
 et benignas clementia Dei manus intuebor.” Hoc iudicium omnes cum pa-
 triarcha summis laudibus extulerunt, et hanc animi magnitudinem in mu-
 liebri ingenio admirati sunt. Caeterum haud multo post is iudicii fuit exi-
 tus, qui debuit, clementi Deo aequissime iudicante. Nam cum mulier ro-
 dimendi sui causa ad colligendam pecuniam exiisset ac per Thraciam, ubi
 domicilium habuerat, vicinas circumiret, subita incursione Scytharum (de-
 nuo captiva est abducta: vir autem eius posthac bonae illius Scythicas ma-
 tronaе coniugio acquievit.

6. Iam vero Aetolorum et Acarnanum res male affectae et propter eo-
 rum domini obitum laborantes Imperatorem advocabant. Principatus enim,
 qui a vidua muliere et immaturae aetatis pueris gubernari non posset, tem-
 mere ferebatur, veluti navigium ancoris destitutum, quod fluctibus et tem-
 pestate agitur. Sed cum veterem Illyriorum morem sciret, qui violato

Διαμέρον τό γε ἐπιροκοῦντας καί παρασπονδοῦντας ληΐζεσθαι
 τήν Ῥωμαίων χώραν καί λωποδυτεῖν τοὺς παριόντας καί πονηροί
 καί δόλοισι συζῶντας, καί συνηκεν, ὡς καί τῶν ἐμπόδιον ἔσονται
 λάθρα τῇ πρὸς Ἀκαρνανίας καί Αἰτωλοῦς ἐκστρατεία αὐτοῦ, με-
 5 ταπέμπεται μισθοφόρους δισχιλλοὺς τῶν περὶ Σμύρναν καί Ἰω-
 νίαν κατοικοῦντων Τούρκων, μεθ' ὧν δὴ καί ἀρχομένου ἔαρος
 ἐσβαλὼν ἐς τὴν Ἰλλυριῶν χώραν ἐδήλωσε ταύτην καί λείαν ἐκείθεν
 ἤλασε παμπληθῆ, ὡς πλουσίους ἐκ πενήτων ἐν βραχεῖ γενομέ-
 10 δε. ὁ δὲ βασιλεὺς τούτῳ τῷ τρόπῳ τοὺς Ἰλλυριοὺς πεποικῶς
 ἀσθενεῖς ἀδεῶς διαβαίνει πρὸς Ἀκαρνανίας καί Αἰτωλοῦς μετὰ
 τοῦ οἰκείου στρατεύματος καί πᾶσαν ἐκείνην τὴν χώραν μετὰ τῶν
 πόλειων ἀπονητὶ παρεστήσατο, προσεδύνηκόντων ἐκόντων αὐτῷ P. 336
 τῶν ἐκεῖ δυνατῶν μετὰ τῆς δεσποίνης αὐτῶν Ἄννης, τῆς τοῦ
 15 πρωτοβεστιαρίου Θυγατρὸς. (B.) Ἐν δὲ τούτοις ἀσχολουμένον
 τοῦ βασιλέως, ἑάλω καί ἡ τῶν Βιθυνῶν μητρόπολις Νικομήδεια,
 τῷ πολλῷ καταπονηθεῖσα λιμῷ, διὰ τὴν ἐπιμονὴν τῶν ἐχθρῶν πο-
 λιορκίαν. τῷ μέντοι μετὰ ταῦτα ἐνιαυτῷ οὐδὲν ἱστορίας ἄξιον A. C. 1338
 πέπρακται, πλὴν ὅτι συνεχῶς τε καί ἀδεῶς καί κατὰ πλήθη κα-
 20 τέδραμόν τε καί κατατρέχουσι Θράκην οἱ Τούρκοι. τοῦτο γὰρ, B
 ὡς ἔγνωσμένον ἤδη καί σύνηδες, ὀκνῶ διηγεῖσθαι.
 (Γ.) Τῷ δ' ἐξῆς ἔτει ὁ μὲν παῖς τοῦ τῆς Ἡπείρου κρατοῦντος A. C. 1339
 πρότερον κόντου Κεφαλληνίας, τεσσαρεσκαίδεκατον τῆς ἡλικίας
 ἄγων ἔτος τηλικαῦτα καί σύνεσιν τῆς ἡλικίας ἔχων μελλονα, ἐπει-

2. καί πονηροί om. A. 18. μετὰ A., κατὰ W.

iureiurando et ruptis foederibus Romanas provincias incursare et viatores
 spoliare solerent, homines fallacissimi atque improbiissimi; atque etiam in-
 telligeret, eosdem tum quoque suae contra Aetolos et Acarnanas expeditioni
 clanculum impedimento fore: Turcos bis mille ex iis, qui Smyrnam et Io-
 niam accolunt, mercede conductos arcessit, cum quibus initio veris impres-
 sione facta Illyriorum agros vastat et copiosam inde praedam agit. Quo
 factum, ut Turci e pauperibus brevi tempore divites evaserint, et plenis
 manibus domum cito redierint. Itaque opibus Illyriorum imminutis securus
 ad Acarnanas et Aetolos transit cum suo exercitu, et omni illa regione una
 cum urbibus citra laborem potitur, proceribus ultro sese ad illum conse-
 rentibus una cum domina sua Anna, Protovestiarii filia. (II.) His rebus
 Imperatore occupato etiam Bithyniae metropolis Nicomedia capta est, multa
 fame domita, propter pertinacem hostium obsidionem. Sequenti anno nihil
 memorabile gestum est; nisi quod Turcorum numerosa agmina continenter
 et absque metu Thraciam incursarunt, ac nunc quoque incursant. Hoc
 enim, ut iam cognitum et usitatum, piget me toties referre. (III.) Anno
 autem proxime subsequuto filius Epiri principis, Comitis Cephalleniae, an-
 num aetatis decimum quartum agens, sed prudentia maiore quam pro aetate

A. M. 6836
ad
6849
Imp. Andron.
Iulioris.

δὴ τὸν μὲν πατρίον κληρον ὑπὸ τῷ βασιλεῖ γενόμενον εἶδαι, τὴν δὲ μητέρα συνθμεμένην ἀκολουθῆσαι τῷ βασιλεῖ μέχρι Θεσσαλονίκης, κελεύουσιν δ' ἐπεσθαι καὶ αὐτὸν δίχα τῶν πατρῶν ἐπισημῶν συμβύλων, ἀποστasiaν ἐπινοεῖ· καὶ συμβούλῳ χρησίμειος ἐν τῶν ἐγγενῶν τῆς Ἡπείρου ἅμα αὐτῷ φεύγων ὄχιτο ἐς:

Πάτρας τὰς παλαιὰς παρὰ τὴν σύζυγον τοῦ τελευταίου ἀρχηγὸς Πελοποννήσου καὶ Ἀχαιῶν. ἡ δὲ μήτηρ εὐθὺς ἅμα τῷ βασιλεῖ διασώζεται μέχρι Θεσσαλονίκης, καὶ πρὸς τοῦ βασιλέως ἰκανὰ χωρῖα λαβοῦσα προσόδων ἐτησίων ἕνεκα αὐτόθι κατοικῆσαι ἐβουλόθη. ἐπιτροπὸς γε μὴν τῆς Ἡπείρου ἐγκαταλείπεται πρὸς τοῦ βασιλέως ὁ πρωτοστράτωρ Θεόδωρος ὁ Συναδηνός· ὃς καὶ πρὶν ὅλον ἐξήκειν ἐνιαυτὸν αἰφνιδίως ἀλλοίκεται πρὸς τῶν τῆς χώρας οὐκ ἐπιτρότων καὶ δέσμιος τῷ τοῦ κόντου δίδου παιδί, πρὸς τὴν Ἡπειρον αὐθις ἐπανελθόντι καὶ ἀναδεξάμεν τὴν πατρικὴν ἀρχὴν παρ' ἐκόντων τῶν ὑπάρχων.

P. 337
V. 272

ζ. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐνδημήσας ἐς Ἀδριανούπολιν ἅμα τῇ σὺζυγῷ διεσποίη τὰς ἐκ πολλοῦ συμφωνίας ἤδη πρὸς πέρας ἤγαγε. δὸς εἰς γυναικί τὴν θυγατέρα αὐτοῦ τῷ Ἀλεξάνδρῳ παιδί τῶν Μυσῶν ἀρχηγῷ, πεντεκαίδεκατον ἄγοντι τῆς ἡλικίας ἐτος ἑτῶν οὖσαν αὐτὴν ἐννέα. καὶ ἦν τὸ λοιπὸν εἰρήνη βαθεῖα μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Μυσῶν. (B.) Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ γεννᾶται παῖδον ἐν Βυζαντίῳ, συμφυῆς μὲν ἀπὸ ποδῶν ἄχρις ὀμφαλοῦ, τὰ δ' ἐξῆς διαιρούμενον ὤμους καὶ στέφνα καὶ ῥάχι, καὶ δύο μὲν ἔχον κεφαλὰς, χεῖρας δὲ τέτταρας· ὃ καὶ μετὰ μίαν ἡμέραν ἐξ-

19. ἔτος om. A. 22. ἄχρις ὀμφαλοῦ A., ἄχρι ἐς ὀμφαλὸν W.

praeditus, cum paternam ditionem Imperatori parere, matrem vero eandem ex pacto Thessalonicam usque comitari cerneret, a qua iussus esset et ipse sine patriae nobilitatis insignibus sequi, defectionem cogitat, roque cum nobili quodam Epirota communicata una cum illo veteres Patras ad demetrii Achaiae et Peloponnesi principis coniugem perfugit. Mater vero statim cum Imperatore Thessalonicam usque pervenit: atque ibi satis multa praediis acceptis, unde creditus annui sustentebant, deinceps ibidem actum exigere decrevit. Praefectus tamen Epiri ab Imperatore relictus et Protostrator Theodorus Synadenus, qui priusquam annus integer exire subito a provincialibus captus Comitum filio in patriam reverso, et hereditarium principatum volentibus subditis adeptus, vincitus traditur.

7. Imperator vero, cum Domina uxore Adrianopolis profectus, matrimonium iam pridem promissum perficit, filia sua, quae annos novem expleverat, Alexandri Mysorum principis filio data, annum aetatis decimum quintum agentis. Unde firma pax inter Mysos et Romanos constituta est. (II.) Hoc tempore puer Byzantii nascitur, a pedibus usque ad umbilicum continuus: inde vero divisus humeris, pectore, spina dorsi; duo capita habens et quatuor manus: qui post unum diem exspiravit. (III.) Multo

A. C.
1923
ad
1941

Imp. Andron.
Ianioria.

πεπνούκει. (Γ.) Ἐφάνη δὲ καὶ πολλῶν τούτου πρότερον παιδίων ἕτερον περὶ Τραιανούπολιν, ὃ δὴ τρίτου γενόμενον ἔτους ἐμ-
 λαζε μὲν κατὰ νήπιον· ῥώμην δ' εἶχεν, ὅσην ἂν καὶ εἰκοσιν ἔτων
 ἀνὴρ, καὶ ἦσθιεν ὁμοίως κατ' ἄνδρα κὰν τῇ ἡβῇ τρίχας εἶχεν
 5 ἄνδρὸς τελείου. ἀλλὰ πρὶν ἐς πέμπτον ἔτος ἐληλυθῆναι, πυρετῶ C
 συσχεθὲν ἐτελεύτησεν. ἡ γὰρ ἔνδεια τῆς τῇ βρεφικῇ ἡλικίᾳ προση-
 κούσης ὑγρότητος ξηρότητα ἐνεποίησε τῷ σώματι τοιαύτην,
 οἷαν καὶ εἰκοσαέτης ἔχει ἂν· κἀντεῦθεν καὶ τὴν ὁμοίαν ἰσχὺν τοῖς
 μέλεσι καὶ μορίοις αὐτοῦ γε ἐντέθεικεν, ὡς συσχεθῆναι μὲν διὰ
 10 ταῦτα τὴν ἀρμόττουσαν ἐκάστη τῶν ἡλικιῶν αὐξήσειν καὶ τρο-
 φήν· μὴ ἔχειν δ' αὐτὴν ἑαυτὴν διοικεῖν τὴν φύσιν, ὡς ἐτάχθη
 πρὸς τοῦ ποιήσαντος καὶ συνδήσαντος. οὕτω γὰρ τὴν τοῦ ζώου D
 πλάσιν ὁ τεχνίτης θεὸς συνεκέρασε, ὡς μὴ δεῖσθαι μηδεμιᾶς ἔτι
 προσθήκης ἢ ἐλλείψεως· ἀλλὰ καθάπερ ἐν ἀρμονίᾳ μουσικῇ τῆς
 15 μὲν λυθείσης τῶν χορδῶν, τῆς δὲ ταθείσης ὑπὲρ τὸ εἰκὸς, ἡ τοῦ
 μέλους φανόλης ἐλέγχεται, οὕτω κἀνταῦθα τῆς τοῦ ζώου συμ-
 πῆξεως παρασυρθείσης ὑπὸ τινος ὑλικῆς ἐνδείας ἢ πλεονασμοῦ,
 καὶ τὸν προσήκοντα παραμεινάσης χρόνον, ἡ εἰς τὰ πρόσω πο-
 ρεῖα τῆς γενέσεως καὶ αὐξήσεως διακόπτεται· καὶ γίνεται παρα- E
 20 πλήσιον τὸ πάθος, ὅποιον κὰν τοῖς νεοβλάστοις ὀρῶμεν γινόμε-
 νον ἄνθεσιν, ἃ τὴν ὥραν προαρπάσαντα κἀντεῦθεν νεωτερισμοῦ
 τινος καὶ προπετείας ὄφλοντα δίκην σκηπτῶ καὶ χαλάζῃς μαραι-
 νουσιν ἐμβολαὶ καὶ ψύχος ἀταμίετον ἀφαιρεῖ τὴν ἀμῆν καὶ πά-
 χνη τις ἕξωρος ἐλεγχος σαφῆς τῆς ληχελύς καθίσταται τοῦ φυτοῦ. P. 338

9. συσχεθῆναι A. 18. παραλλαξάσης εἰρηδόν A. 24. φυτοῦ] φωτός A.

autem ante illum alius puer circa Traianopolin visus est, qui anno tertio
 balbutiebat quidem, ut infans; sed iis erat praeditus viribus, quibus vir
 viginti annorum, et viro non minus comedebat, et circa pubem pilos habebat
 adultae aetatis viri. Sed priusquam annum quintum expleset, febrī
 correptus exspiravit. Nam penuria humoris infanti aetati debiti tantam
 ariditatem in eius corpore excitavit, quanta esse possit in eo, qui viginti
 annos natus sit. Unde etiam par robor partibus et membris eius accessit,
 ut inde cuique aetati conveniens incrementum et nutrimentum cohiberetur:
 natura vero ipsa, ut ab eo, qui finxit et colligavit, constitutum est, se
 ipsam regere non posset. Sic enim animantis formam artifex Deus contem-
 peravit, ut nulla illi amplius accessione vel decessione sit opus. Sed ut in
 concentu musico alia chorda laxata, alia intenta ultra quam par est, modu-
 lationis vitium deprehenditur: ita hic etiam, cum animantis compages ab
 aliqua materiae vel penuria destituitur, vel redundantia opprimitur, et tempus
 legitimum praeterierit, generationis et incrementi progressio interrumpitur:
 idemque fere evenit, quod in novellis floribus videmus, qui ante tempus
 exorti, atque adeo novarum quasi rerum et temeritatis rei, fulminis et gran-
 dinis impetu marcescunt, et vigorem immodicum frigore amittunt, et prui-
 na intempestiva laeduntur, quae plantae luxuriam evidenter coarguit.

- A. M. 6836
ad 6849
Imp. Andron.
Iunioris.
- (A.) Θθινοπόωρου δ' ἀρχομένου ἤδη σύγχυσις γίνεται πολιτείας ἐν τῇ Γεννοῦα. τῶν γὰρ γένοι καὶ πλοῦτῳ προϋχόντων τῆς πόλεως ἐκεῖνης πρὸς τὸ γαῦρον καὶ ὑπεροπτικώτερον ἀποκλεινάντων, ἐς τυραννίδα τὴν τῆς δημοκρατίας ὁμοφροσύνην μεταβάλλεσθαι ξυνέβαινε. καὶ διὰ τοῦτο τάλαιπωροῦμενοι δυνῶς οἱ δημόταις Βκατεξινίστανται τούτων καὶ ἐξωθοῦσι τῆς πόλεως καὶ καθιστῶσιν ἡγεμόνα τῆς πολιτείας ἓνα τοῦ δήμου, κατὰ τὸ ἀρχαῖον τῆς ὑπατείας τῶν Ῥωμαίων ἀξίωμα, ἢ μᾶλλον κατὰ τὴν τῶν Βεντικῶν πολιτείαν. (E.) Τοῦ δὲ χειμῶνος τούτου παρεβόθησθότος, καὶ τοῦ ἡλίου τὸν κριὸν παραλλύττοντος, ἐφάνη Ξιφίας ἐν οὐρανῷ, ὁμοιος μὲν τῷ πρὸ τριῶν ἡδῆ φανέντι τῶν ἐνιαυτῶν, οὗ C περὶ τὸν αὐτὸν δὲ τόπον, οὐδὲ τὴν ὁμοίαν ποιούμενος κίνησιν· ἀλλὰ ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς τῶν χηλῶν τελευτῆς, ἐνθα τὸν σιέχην τῆς παρθένου τηνικαῦτα παρεῖναι συνέβαινε, ἐκνεῖτο κατὰ νοχθήμερον ἕκαστον περὶ που τὰς πέντε μοίρας, ἕως κατήτησεν εἰς 15 τὸν λόντα, κακεὶ διελεύθη τελείως. (ς') Τῶν δὲ Τούρκων ὀκτὼ χιλιάδες διαπερραιωσάμενοι τὸν Ἑλλησπόντιον πορθμὸν, μετὰ τῶν ὑποζυγίων οἱ πλεους, ἐλήσαντο πῦσαν τὴν ἄχρι Μυσῶν Θράκη, ἣν δὴ καὶ Ῥωμαῖοι μὲν ἔρημὸν τε καὶ ἀτριβῆ πεποιήμασιν πῦσαν· αὐτοὶ δ' ἄγοντές τε καὶ φέροντες οὐκ ὀκνοῦσι νύκτωρ 20 καὶ μεθ' ἡμέραν καὶ τὴν μὲν λειαν πῦσαν διαβιβάζοντες ἐς Ἀσίαν, αὐτοὶ δ' ἀπαλλάττεσθαι τῆς Θράκης οὐδ' ὀπὲ τοῦ χρόνου βουλόμενοι, ἄτε μηδένα τὸν ἐναντιωσόμενον ἔχοντες.
- E ἡ. Ἐν τούτῳ τῷ ἔαρι καὶ Βασιλείος, ὁ τῆς Τραπεζοῦντος 1. ἡδῆ add. A. 9. τούτου add. A. 14. παρθενίας A. 23. ἐναντικῶν ὁσόμενον A.

(IV.) Autumno autem iam incante Genuensis respublica perturbata est. Nam qui genere et opibus in ea urbe praestabant, ad fastum et superbiam deflexerunt, sic ut democratiae aequabilitas in tyrannidem mutaretur. Plebs itaque, cum ea re valde angeretur, in eos insurgit, ac iisdem urbe exactis unum e populo Ducem sibi constituit, ad imitationem eius, quae apud Romanos olim fuit, Consularis dignitatis, aut potius exemplo a Venetis petito. (V.) Hieme vero elapsa, cum sol iam Arietem pertransiret, Cometa ensis specie in caelo apparuit, similis quidem ei, qui ante triennium apparuerat, sed non eodem in loco, nec motu eodem. Nam inde suspicatus, ubi Chelae desinebant et Virginis apica tum occurrebat, singulis vigenis quaternis horis, quinque gradibus progrediebatur, donec ad Leonem pervenisset, ubi prorsus evanuit. (VI.) Caeterum Turcorum octo millia, Helleponto cum fumentis plerique traiecto, omnem Thraciam ad Mysiam usque diripuerunt. Quam Romanis vastam et ab omni parte inaccessam cum fecerint, ipsi noctu et interdium populari non desinunt: praedam quidem omnem in Asiam transportantes, ipsi vero ne longo quidem post tempore volentes domum redire, quippe cum nemo sit, qui eis obstat.

8. Hoc vere Basilius etiam Trapezuntis princeps moritur, brevi morbo

τὴν ἔξουσιαν διαλωσμένος, νόσῳ βραχεία τὸν βίον ἀπέλειπεν. ὁμοίως δέ τις θεομηρία τοῦ βίου τοῦτου ἐξαίφνης ἐξήγαγεν. Εἰρήνη γὰρ τῇ τοῦ βασιλέως θυγατρὶ συνοικήσας ἐπὶ σμικρὸν νομίμως ὁμοῦ καὶ δικαίως, μετὰ γε τῆς ἀνηκούσης ὁμοφροσύνης καὶ σωφροσύνης, εἶτα τοὺς γαμικούς μετενήροχεν ἔρωτας εἰς ἑταιρίδα τινα, καλουμένην καὶ ταύτην Εἰρήνην. καὶ ταύτη λοιπὸν ἀθέσμως μι-
 5 γνόμενος εἰς μῖσος ἐτρέπετο τῆς νομίμου. τοῦ δὲ χρόνου προβαίνοντος ὁρῶν οὐκ ἀνεχομένην τὴν βασιλίδα τὸ τοῦ πράγματος ἄτοπον, ἀλλ' ἐπιβουμένην οὐρανὸν τε καὶ γῆν καὶ πῦσιν ἔξα-
 10 γέλλουσαν τὸ τῆς καρδίας πῦρ, ἐξήλασε καὶ τῆς αὐθεντικῆς οὐκίας αὐτήν. τάχα δ' ἂν καὶ θάνατον ἐπήνεγκεν αὐτῇ βλαίον, εἰ μὴ ἐδεῖται τὸν δῆμον, σφοδρῶς κατ' αὐτοῦ δι' αὐτὸ γε τουτὶ θορβούμενόν τε καὶ στασιάζοντα. ἐν μέντοι ταῖς ἱεραῖς ὑμνωδίαις B καὶ τοῖς πομπικοῖς θεατροῖς τῶν πανηγυρικῶν ἑορτῶν Βασιλείου
 15 καὶ Εἰρήνης ἡ μνήμη τὴν εὐφημίαν ἐκρότει· κἀντεῦθεν ἐπλήρου τὴν τε ἑρωτικὴν ἔφεσιν ὁ Βασιλεὺς ἑαυτοῦ, καὶ ἅμα τὴν τοῦ δήμου ζήτησιν, προσποιούμενος τὸ λανθάνειν διὰ τῆς ὁμωνυμίας· ὡς καὶ ὑποψίαν διὰ ταῦτα γενέσθαι, λαθραῖαις ἐπιβουλαῖς τῆς βασιλίδος Εἰρήνης συμβῆναι τῷ Βασιλεῖ τὸν θάνατον. τελευ-
 20 τήσαντος δ' ὁμοῦ εἶθ' οὕτως εἶτ' ἐκείνως αὐτοῦ, εἰσῆλθε μὲν ἡ C νόμιμος ἐκείνη σύζυγος Εἰρήνη μετὰ πάσης τῆς βασιλικῆς ἔξουσίας εἰς τὰ βασίλεια· ἐξήλασε δ' ἐκεῖθεν εὐθὺς τὴν ὁμώνυμον μὲν, ἀλλοτριότροπον δὲ καὶ παράνομον Βασιλείου σύζυγον· καὶ μέντοι καὶ κοινή ψήφῳ τῶν Τραπεζουντιῶν ἐξόριστον πέμπει πρὸς

1. βασιλεῖς W. in mg. 6. ἀθέσμως A., ἀποθέσμως W. 17. διὰ τῆς ὁμωνυμίας om. A. 21. ἐκείνη A., ἐκείνου W.

extinctus; aut, ut opinor, ira numinis repente ex hac vita sublatus. Nam cum Irenen Imperatoris filiam duxisset et exiguo tempore legitime et iuste et ea, qua decet, concordia et modestia cum ea vixisset: legitimos amores in meretriculam quandam, quae et ipsa Irene dicebatur, transtulit: cuius nefaria consuetudine in uxoris odium est impulsus. Temporibus autem progressu, cum Imperatricem rei indignitatem non ferre, sed caelum et terram inciamare et apud omnes ingentem animi dolorem vulgare cerneret, etiam palatio illam exegit: fortasse et violentam illi mortem illaturus, nisi populum timuisset, qui ob isthuc ipsum graviter commotus in eum fremebat et tumultuabatur. Verumtamen in sacris canticis et solennium festorum ac pompae publicis spectaculis Basilii et Irenes memoria celebrabatur: eaque ratione Basilii et sui amoris cupiditati et populi votis satisfaciebat, quem similitudo ipsa nominis deceptura esset. Unde orta est suspicio, clandestinis Imperatricis Irenes insidiis Basilium esse sublatus. Caeterum illo sive sic sive aliter defuncto, legitima eius coniux Irene cum omni auctoritate Imperatoria palatium ingressa cognominem sibi, sed aliis moribus praeditam et illegitimam Basilii coniugem palatio exigit, et communi Trapezuntio-

- A. M. 6836 ad 6849 Imp. Andron. Junioris. V. 274 P. 340
- τὸ Βυζάντιον ἅμα τοῖς τέκνοις. (B.) Συνεκπέμπει δὲ καὶ πρόβεις ἐς βασιλέα τὸν πατέρα αὐτῆς, κομισόντας τὸν αὐτῇ μὲν νομίμως συζευχθῆσόμενον, διαδεξόμενον δὲ καὶ τὴν τῆς βασιλείας ἐκείνης ἀρχήν. οἱ δὲ καὶ ἐς Βυζάντιον ἐνδημήσαντες ἐπὶ τὸν βασιλέα περὶ Θεσσαλονίκην ἤκουον διατρίβειν, ἐκείσε καὶ αὐτοὶ ποιῆσθαι ἐγνώκεισαν τὴν πορείαν. ἐνιαυτῷ γὰρ ἤδη πρότερον ἀπὸ Θράκης ἐς Μακεδονίαν ὁ βασιλεὺς μεταβάς ἐμελλεν εὐθὺς καὶ εἰς Ἑπειρον διαβαίνειν ἐπὶ τοὺς παρασκοπθῆσαντας Ἀκαρνανᾶς καὶ Αἰτωλοὺς. ἀλλ' ἐπέσχεν ἐν πόλει Θεσσαλονίκῃ Ἐμικρὸν ἢ συνήθης ἐπήρεια τοῦ σπληνός· ὅς ἐκ πολλῶν ἤδη τῶν χρόνων τροπὴν τινα πεπονθὼς καὶ παραφορὰν τοῦ καθήκοντος σφόδρα ἐξώδηκε νῦν καὶ τὴν ἔνδον γειτονοῦσαν τῶν σπλήγγων οἰκονομίαν διέδραμεν, ὡς καχοσιτίαν ἐντεῦθεν συμβαίνειν λειπὸν καὶ μελῶν ἀτονίαν καὶ θάνατον ἀπειλούσας λειποψυχίας. φαίσας μέντοι μικρὸν ἐς Ἀκαρνανίαν ἀπήει. ἔνθα δὲ τηλικαῦτα καὶ οἱ τῶν Τραπεζουντίων πρόβεις ἐντετυχηκότες αὐτῷ τὰ τῆς πρεσβείας ἐξήγγελλαν. (Γ.) Διατριβῆς δὲ μετὰ γινομένης καὶ τῆς τῶν Τραπεζουντίων ἡγεμονίας ὑπὸ γυναικὶ διοικεῖσθαι καλῶς καὶ βεβαίως οὐ δυναμένης, στασιάζειν τινὲς ἐπεχείρουν καὶ ἀνασεῖν τὸν δῆμον. ὄθεν ἀναγκασθεῖσα Εἰρήνη ἡ βασίλισ τῶν Τραπεζουντίων ἐξέπεμψε ταχυναντοῦσαν τριήρη μετὰ πρόβειων ἄλλων, καὶ σὺν γε αὐτοῖς τὸν τῆς Τραπεζουντίας ἀρχιεπίσκοπον, κατεπέμψοντάς τὴν προτέραν ζήτησιν αὐτῆς πρὸς τοῦ βασιλέως

19. βιαίως W. 22. τῆς add. A.

rum suffragio Byzantium una cum liberis relegat. (II.) Item et legatos ad patrem Imperatorem mittit, accituros aliquem, cui ipsa et legitime nubat, et Imperii regimen tradat. II cum Byzantium advenissent, et Imperatorem agere Thessalonicae audivissent, illuc etiam conferre se decreverunt. Et tunc Imperator anno superiore e Thracia in Macedonia transierat, statim inde in Epirum adversus foedifragos Acarnanias et Aetolos profecturus. Sed aliquantis per eum Thessalonicae detinuerat solita licentiae molestia; qui iam inde ab annis pluribus quandam mutationem passus et ultra quam par erat velut evagatus, tum autem valde tumefactus in ipsam quoque interiorum et contiguam viscerum compagem irruerat, ut et cibus minus recte concoqueretur, et membra viribus destituerentur, et animi deliquia mortem minitarentur. Verumtamen ille cum aliquantum convalescisset, in Acarnaniam abierat. Ubi eum nati Trapezuntiorum legati ea quae in mandatis habebant exposuerunt. (III.) Sed cum res extraheretur, et Trapezuntiorum principatus a muliere recte et fortiter administrari haud posset, tumultuari quidam et concitare populum coeperunt. Quae res Irenen Trapezuntis Imperatricem coegit expedita triremi alios legatos mittere, et una cum iis Trapezuntis archiepiscopum, qui priorem petitionem ipsius apud Romanorum Imperatorem urgerent. Qui

A. C.
1328
ad
1341
Imp. Andron.
Iunioris.

